



**Ioannis De Lvgo Hispalensis, Societatis Iesv, S. R. E. Tit.
S. Balbinæ Presbyteri Cardinalis, Dispvtationes
Scholasticæ, Et Morales De Virtvte Fidei Divinæ**

Lugo, Juan de

Lugduni, 1656

Dispvtatio XVIII. De infidelitate in communi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81031](#)

gationem fidei externam. Et quidem exempla Sanctorum ibi ante a nobis relata, qui ciuiusmodi propositum ex bono fine cum æquiuocatione significarunt, non erant de proposito negandi alium articulum, sed eundem, vel potius totam fidem, quam tunc tenebant, & credebant. Quare dicendum est, voluntatem vniuersalem, quam dicimus prærequisiti ad actum perfectum fidei, non esse vniuersalem in ordine ad tempus, sed in ordine ad obiecta à Deo revelata. Voluntas ergo illa est præsens, & vult subiictere nunc intellectum Deo plane, ita ut nullam Dei revelationem sufficienter propositam nunc respiciat: & quia hanc voluntatem, & submissionem præsentem significat ipse assensus fidei, ideo est cultus intellectuialis Dei, prout subest huic voluntati, quam præsupponit, & significat. Quod idem cum proportione dicendum est de voluntate, & submissione interna, quam significat adoratio, & cultus exterior: non est enim voluntas submittendi se in futurum, imò aliquando esset imprudens ea significatio: nam qui hodie genuflectit Regi, & significat submissionem internam, & voluntatem cedendi ei proper Regiam dignitatem, si cras ramen ipse fiat summus Pontifex, non genuflectet Regi, sed ab eodem adorabitur genuflexo: quare per genuflectionem hodiernam non significabat submissionem internam pro tempore futuro, sed pro tempore praesenti, pro quo erat excellenter illa Regia, & excessus supra genufcentem. Hinc stare potest cum adoratio, & cultu supremo præsentis propositum peccandi postea contra debitum cultum. Si tamen nunc simul peccaret contra cultum ciuidem Dei, actus adoratiois non esset perfectus, sed haberet ex parte significacionem falsam, cum significaret submissio nternam præsestam totalem, cum tamen non esset totalis, sed ex parte. Multoque imperfectior esset adoratio, si tunc esset voluntas contraria submissioni præsenti, qua significatur per adoracionem externam, nempe voluntas prærendi te, & non cedendi illi, quem exterius collis, prout faciunt, qui virgent, ut socius primum locum teneat quem ramen interius nullo modo cedere illi voluit, qui cultus, licet sit verè cultus, quia est signum revera significans submissionem internam: non est tamen cultus verus, id est, conformis rei significata, sicut propositio falsa est quidem verè propositio, non est tamen propositio vera, id est, conformis obiecto significato, vt explicimus diff. 23. de Incarnatione, sect. 2. n. 14.

DISPUTATIO XVIII.

De infidelitate in communi.

SECTIO I. Quod, & quale sit peccatum infidelitatis.

II. Comparatur grauitas infidelitatis cum aliis peccatis.

III. Divisione infidelitatis in Paganismum, Iudaismum & heresim.

IV. De Apostasia: quid sit, & an sit species infidelitatis.

VIVISQUE actum est de fide actuali, & habituali: nunc incipimus agere de infidelitate fidei contraria, & eius specie-

bus. Quæ pars, quia magis moralis est, est etiam vtilior, & facilior: de quagere incipit S. Thomas q. 10. & sequentibus. Dicemus autem prius de infidelitate in communi, postea de eius speciebus, & præfertim de heresi, & hereticis, & eorum penitentiis.

SECTIO I.

Quod, & quale sit peccatum infidelitatis.

DE hoc plura dicta sunt in superioribus, præfertim Disputatione præcedenti, dum explicaremus quali peccato excluderetur habitus fidei infusa, vbi diximus, sola propria infidelitate excludi; & ibi oportuit declarare, quid addat infidelitas propria, supra alia peccata, quæ sunt contra fidem: nunc tamen magis explicanda est conscientia infidelitatis. Et in primis supponimus, non esse sermonem nunc de infidelitate, prout opponitur infidelitati, qua est virtus quædam moralis inclinans ad fernandam fidem, aliis datam; de qua dicitur Isaie 1. *Principes tui infideles*, id est, non seruantes fidem datam: & Ecclesiastes 5. *Disperget Deo infidelis, & fulta promissio*. Nunc autem agimus de infidelitate prout opponitur fidei Theologicae, & appellari potest infidelitas Theologica, quæ significatio frequentior est in Scriptura, in qua paucum infideles vocantur, qui Deo non credunt, nec fidem recipiunt; & in codem sensu dictum est Thomas, *noli esse incredulam, sed fidem*; vbi fidelitas opponitur incredulitati.

Porr̄ infidelitatem esse peccatum, constat ex dictis supra Diff. 13. sect. 1. vbi actum est de præcepto fidei; & probauimus posse contra fidem est peccatum grauius peccato omissionis, non recipiendo eius doctrinam sufficienter propositam: nec oportet nunc aliquid addere: videatur Suarez diff. 16. sect. 1. qui tamen n. 3. dicit, cum qui totam fidei materiam ignorat, etiam si nihil de prima veritate, aut etiam diuina revelatione audierit, habere veram infidelitatem, quia tanta est ignorantia, ut omnino fidem excludat: & num. 2. dixerit in vniuersum veram, & propriam infidelitatem esse illam, & solam, quæ fidem infusa ab homine, ex natura sua excludit. Quæ doctrina difficultis est: ille enim qui in infancia baptizatus est, & postea nihil prorsus de fide audivit, neque de prima veritate aut diuina revelatione, non potest perdere habitum fidei infusa in eo statu, qui habitus non perditur, nisi solo infidelitatis peccato, quod peccatum ab huiusmodi homine non committitur, quandiu fides ei non proponitur, ut constat: non reperitur ergo tunc vera infidelitas: sed valde improposita, quatenus dicit casuariam actus fidei, absque peccato tamen, & obligatione credendi, propter ignorantiam omnino inuincibilem.

Aliqui ergo latius nomen infidelitatis usurpanter dividunt illam in negatiuam, & positivam; sub negatiua intelligentes charitatem fidei etiam inculpabilem: subdiuidunt enim negatiuam in mere negatiuam, quæ est inculpabilis, & in priuatuam, quæ est culpabilis, & cum debito habendi fidem. Quam distinctionem P. Coninch. diff. 18. dub. 1. num. 2. facetur in te veram esse, sed male usurpare voces: igitur infidelitas etiam sine culpa non est mere negativa, sed priuatua;

Infidelitas
alii negatiua,
alii possitua.

Q. q. 4. quarta

quam etiam num. 3. & 4. dicit contineri sub propria infidelitate, quando saltem datur carentia actus, & habitus fidei. Sed certè nec ipse virut bene vocabilis; nam carentia fidei inculpabilis non est propria infidelitas: nam sicut sub nomine iniustitia, vel inobedientia, non intelligitur mera, & inculpabilis carentia iustitiae, vel obedientiae, sed peccaminosa; ita nomine propriæ infidelitatis, non intelligitur inculpabilis carentia fidei, sed culpabilis. Eo autem modo, quo carentia illa inculpabilis fidei appellari potest infidelitas, melius dicetur negativa, quam priuativa, quia non est carentia fidei debita inesse subiectio, cum homo nec debeat, nec possit in eo ignorantiae statu, fidem habere.

Sed contrà arguit ille Auctor: quia illa est verè negatio fidei debite inesse: cum enim ea fides sit homini necessaria ad salutem, necessitate medij, vel præcepti est debita inesse, & homo ad eam habendam obligatur; etsi ob inuincibilem ignorantiam à peccato excusetur. Respondeo, quando sermo est de actibus moralibus, non soleat appellari priuationem, nisi carentiam actus debiti, & quidem debito proximo; sic enim loquuntur omnes, qui dicunt, malitiam moralem confistere in priuatione: appellant enim priuationem carentiam rectitudinis debita, ad quam requirunt debitum proximum. Alioquin si sufficeret debitum illud remotum, sequeretur, quod volens velci carnibus in die iefunji cum ignorantia inuincibili, haberet malitiam moralem, quia haberet carentiam rectitudinis temperantiae debitis, debito remoto; & tamen nemo vocat illam intemperantiam priuatiuam, vel carentiam rectitudinis debitis, seu priuationem moralem, sed meram pugnationem. Hac autem erit quæstio de nomine, quæ non multum refert.

5 Ex dictis ergo possumus aliter peccatum infidelitatis, seu propriam infidelitatem breuiter definire, per oppositionem, quam nomen ipsum infidelitatis significare videatur, cum fide: & dicere, illud solum propriè esse peccatum infidelitatis, quod ex obiecto suo ita opponitur cum fide actuali, vt quandiu non retrahatur, non possit homo habere voluntatem credendi vero, & proprio actu fidei diuinæ. Quæ definitio non competit imprimis errori inculpabili, cum illud nō sit peccatum: nec etiam errori culpabili, prouenienti ex ignorantia culpabili: cum hoc enim stare potest adhuc voluntas credendi alios articulos sufficienter propositos, quorū non sit ignorantia: & ratio est, quia voluntas illa, licet sit peccaminosa, non est tamen nolitus credendi contra fidem sufficienter propositum, sed solum voluntas, non adhibendi diligentiam debitam, vt sufficienter proponatur. Quare cum illa voluntate potest stare fides articuli sufficienter propositi: cum duplex illa voluntas non opponatur ex parte obiecti volitici: & ideo Suarez diff. 15. sett. 1. num. 8. fatetur, hanc non esse infidelitatem, quia non opponitur directè fidei, sed præparationi ad fidem: similiter neque esset infidelitas propria negotio externa fidei, sine negatione interna, aut peruersio etiam aliorum & inducito ad falsam fideam, sine dissensu interno contra fidem: quia hæc omnia, licet sint peccata gravissima contra fidem, non opponuntur ex parte obiecti cum actu fidei interno. Quando autem datur dissensus internum contra fidem peccaminosus, tunc datur vera, & propria infidelitas, sive dissensus ille sit,

contra Dei venerationem sive contrareligationem, sive contra articulum repelatum: cum voluntate enim hac negandi, vel de iis dubitandi, nisi retrahatur, non potest stare voluntas credendi actu perfecto fidei, ut latè explicatum disp. præcedenti sett. ultim.

Maior esse posset difficultas, de voluntate graviori peccaminosa, qua aliquis nollet in viuere Christianam: an haec voluntas quando est peccatum mortale, sit verum, & proprium peccatum infidelitatis, prout supponere videtur Suarez diff. 16. sett. 1. num. 3. Ratio autem ex dictis est posse, quia voluntas illa videtur procul dubio opponi ex parte obiecti, cum quolibet actu fidei, quando enim durat voluntas illa nihil audiens de rebus fidei, non potest fieri a & eus fidei, cum fides debeat esse ex auditu, ergo voluntas illa ex natura sua excludit omnem actum fidei. Adhuc tamen dicendum videtur iuxta regulam postquam: licet voluntas illa sit peccatum grave, contumacem, quæ non solum obligat ad afflensum, sed etiam ad auditum præstandum, non tamen esse proprium peccatum infidelitatis; quia nimis voluntas illa non repugnat ex parte obiecti cum voluntate credendi. Primo, quia cum voluntate illa non inquirendi veram fidem, nec audiendi illam potest stare simul voluntas efficax credendi illam firmissimè, quoties sufficienter proponitur, quæ voluntas est actus eliciens ab habitu pietatis, & habet pro motivo formalis honestatem fidei; quare iam voluntas ex parte sua applicatur honestatem fidei licet non adhibere diligentiam ad quærendam occasionem exercendi illius: siue est actus verus obedientia voluntas, qua subditus vult obedire superiori, quoties ipsi sufficienter fuerit intimata superioris voluntas, vel mandatum, licet interim nolit diligentiam adhibere, ad eam voluntatem inueniendam, & quamvis in hoc ipso aliquando peccet contra obedientiam, & se exponat culpabili periculo inobedientiae materialis: non tamen est adhuc formaliter inobedientis: sic ergo in casu nostro state potest voluntas illa non audiendi; nec inquirendi res fidei, cum voluntate credendi, proper honestatem fidei; quare voluntas illa prior non denominat hominem formaliter infideli.

Secundò probari potest hoc ipsum: quia stante illa voluntate non audiendi, nec inquirendi res fidei potest homo inquietus cogi ad eas audiendas, vel casu ipsi non querenti ingeni potest notitia fidei, & motiva creditibilitatis sufficientia ad obligationem credendi. Quo casu adhuc non retrahatur priori voluntate potest velle credere, quia voluntas prior non excludat sensum fidei sufficienter proposita, sed solum auditionem illius, vel diligentiam ad eam inquirendam: haec autem secunda voluntas, nec vult auditionem, nec diligentiam, antea nolitam, sed afflensum fidei iam audire, & sufficienter proposita. Non ergo repugnat secunda voluntas cum prima non retrahata, & per consequens prior illa voluntas non excludit ex natura sua secundam voluntatem, & afflensem actualem fidei proposita, atque adeo non est proprium peccatum infidelitatis, quod tunc solum datur, ut diximus, quando ponitur peccatum repugnans ex parte obiecti, cum voluntate credendi, & cum vero fidei afflensu.

Hoc supposito, dubitari solet, an peccatum infidelitatis consumetur semper in intellectu, vel in

Quid sit pro
pte peccatum
infidelitatis.

an verò possit consummari in ipsa voluntate, sunt enim aliqua peccata, quæ consummari omnia possunt in voluntate, ut odium Dei, inuidia, & alia eiusmodi: alia verò sunt, quæ non possunt in voluntate consummati, ut furtum, homicidium, &c. eiusmodi etiam videtur esse hæresis: nam est assensus à fide Catholica, arque ideo requiritur etiam ex parte intellectus assensus, vel assensus contrarius Catholicae fidei. Queritur ergo, an aliquod aliud peccatum infidelitatis propriæ possit in sola voluntate consummari: & loquimur non de peccato habituali infidelitatis, quod in aliquo sensu potest aliquando perseuerare in voluntate, non remanendo iam in intellectu, postquam aliquis per alios sensum fidei priorem hæresim retractavit, non tamen per contritionem sufficientem ad delendam maculam peccati habitualis, ut obseruauit Suarez disp. 16. sect. 3. in fine: sed nunc loquimur de ipso peccato actuali infidelitatis, de quo queritur, an possit in sola voluntate consummari.

Negant Suarez disp. 16. sect. 3. num. 7. Coninch disp. 18. dub. 3. & alij. Affirmat Valentia in presenti disput. 1. quest. 10. punt. 1. vers. tercio quartu, & Hurtado disp. 68. sect. 2. Quæ sententia, metaphyucē saltum loquendo, vera videtur, licet moraliter, & communiter loquendo, prior sententia vera sit. Porro posse aliquando infidelitatem consummari in sola voluntate, sine eo quod ponatur in intellectu, probat Valentia primum ab exemplo aliorum peccatorum, quæ licet exteriorū consummentur; aliquando tamen possunt fieri, absque eo, quod prodeant in actum externum, ut intemperantia, propositum mentiendi, & similia.

Respondet Suarez vbi suprà num. 7. esse differentiam, quia potentiae externæ possunt non obdire voluntati, quia impeditur ab aliis causis extrinsecis: intellectus verò semper obedit voluntati imperanti assensum, vel negationem assensus: ergo non potest esse talis voluntas, quin ponatur in intellectu assensus, vel negatio assensus prohibita. Ex hoc autem argumento, & response constat, sensum huius questionis non esse, an possit dari peccatum consummatum infidelitatis in sola voluntate, sicut odium Dei, in illa sola, consummatur: nam in exemplis illis voluntas mentiendi, & intemperantia, licet non sequitur opere externo habeant totam suam malitiam in voluntate, non tamen sunt mendacium, vel intemperantia consummata, sed solum in affectu; odium autem Dei, est omnino consummatus, quia non requirit opus externum ad sui consummationem. Sensus ergo huius questionis solum est: an sicut potest dari tota malitia mendacij, vel intemperantia in sola voluntate, non sequitur opere externo, quod ab illa malitia denominatur malum, ita possit dari tota malitia infidelitatis in sola voluntate, absque eo, quod in intellectu ponatur assensus, vel quidquam aliud, quod ab illa voluntate denominetur malum, quod fieri posse affirmat prima sententia, & negat secunda.

Secundò arguit Valentia, quia si aliquis demonstratione convictus credat animam nostram esse immortalem, cum propositio id non credendi, nisi demonstraretur: vel si crederet res fidei, cum propositio eas negandi, si oppositum melius probaretur, peccat in affectu, & voluntate conditionata, quam habet, non tamen in intellectu,

cum adhuc eiusmodi obiecta credat: ergo potest esse infidelitas in sola voluntate, quin transeat ad intellectum.

Respondet Suarez, tunc etiam in intellectu dati errorem, nempe hoc iudicium, non est credendum, nisi quod demonstratur; iudicat item possibilis esse rationes, quibus contrarium melius probetur, alioquin non haberet voluntatem illam conditionatam. Hanc respondionem impugnat Hurtado ditta disp. 68. §. 7. quia potest id totum fieri absque tali iudicio erroneo: nam sicut sine tali iudicio erroneo praecedente, potest quis dissentiri rebus fidei, etiam stante iudicio evidenti credibilitatis; sic potest habere voluntatem illam conditionatam non credendi sine demonstracione, non quia iudicar ita faciendum; sed quia vellet ita facere proper aliquam rationem boni, quæ appetit in non captiuando intellectu. Quæ duo iudicia immerito confundit, P. Coninch ditta disp. 1. 8. num. 24. pro eodem reputans iudicare commodum, aut utile esse, Deo obscurè revelanti non credere, & indicare saltem implicitè, non esse credendum, propter solam Dei auctoritatem, aut Deum non esse dignum fide, sine quo iudicio non potest habere homo voluntatem illam non credendi. Hoc tamen falsum omnino esse ostendimus disp. praecedenti: nam Catholicus, & haereticus in actu primo habet vterque eadem iudicia, & aequalē libertatem, & potestatem ad credendum, & nolendum credere, & quidem Catholicus non habet illa iudicia erronea, sed vterque habet iudicium de utilitate aliqua, & commodo, quod est in non credendo quod iudicium verum est.

Vnde idem Hurtado §. 8. aliter responderet ad idem argumentum Valentia; nimirum dari tunc iudicium erroneous in intellectu, quo iudicat non existere revelationem Dei de illo obiecto: nam si crederet dari talenre revelationem, non potest velle dissentiri obiecto revelato, etiam ablata demonstratione: posito enim assensu ad præmissas, nempe ad infallibilitatem, & revelationem Dei, non possumus dissentiri conclusioni, quæ ex illis necessariò sequitur. Hæc tamen responsio faciliter impugnatur; quia aliud est non credere esse revelationem Dei, aliud verò credere non esse: Ad sumnum sequitur, quid illæ homo tunc non credit esse revelationem, non verò, quod crederet non esse. Dicer autem Valentia posse contingere sāpe, quod non sit peccatum non credere positivè revelationem, quia præceptum positivum credendi non obligat pro semper: quare omissione assensus circa revelationem, non esset infidelitas in intellectu, sed voluntas non credendi sine demonstratione esset infidelitas in sola voluntate.

Aliter ergo responderi posset ad illud Valentie argumentum negando tunc consummari infidelitatem in sola voluntate, quin transeat etiam ad intellectum: nam ex vi illius voluntatis ponitur in intellectu negatio assensus ad revelationem, vel ad obiectum revelatum propter solam revelationem, & auctoritatem Dei: quæ omissione licet secundum se non esset infidelitas, nec peccatum, quia non obligat pro tunc præceptum positivum credendi, est tamen mala, & peccaminosa, prout promanat ab illa voluntate mala non credendi propter solam auctoritatem Dei, ut in simili diximus disp. praecedenti sect. 4. à qua voluntate negatio assensus subsequitur, denominatur mala,

mala, & constituitur in specie infidelitatis. Quam solutionem tradidisse etiam videtur Suarez loco citato; cuius responsonem non retulit integrum Hurtado: utramque enim solutionem Suarez reddidit, dicens, in eo casu consummari quidem infidelitatem in intellectu, quia in iis casibus homo caret fide illius veritatis in intellectu, immo habet errorem, existimans non esse credendum nisi quod demonstratur, & sub eadem disjunctione de illo, qui paratus est ad dissentendum rebus fidei, propter alias rationes si asserantur, dicit, quod in eo ipso non credit, ut fidelis, seu certitudine fidei, & ideo etiam in intellectu infidelitatem habet, vel omissionem, quia non credit sicut oportet; vel commissum, quia indicat res fidei non esse infallibilis, nec dignas tanta certitudine. Non ergo alligavit solutionem Suarez ad solum iudicium erroneum, que quidem solutio insufficiens erat; sed recurrit etiam ad omissionem, seu carentiam fidei, que carentia prout posita ex vi voluntatis illius male, pertinet ad infidelitatem, & eam compleat in ipso intellectu.

13

Tertio arguit Valentia, quia quando aliquis dubius manet, absque iudicio tamen, quo intellectus iudicet rem dubiam esse, aut suspicetur vel formidet contra eius veritatem: sed solum voluntas suspendat omnem assensum, vel dissentum, tunc in intellectu nihil est contra fidem, sed solum voluntas est dubia, & ideo infidelis. Ad hoc tamen responderet Suarez iuxta suam doctrinam, quam examinavimus Disp. precedenti sect. 4, non posse contingere dubium culpabile in rebus fidei, sine iudicio erroneo in ipso intellectu. Nos autem iuxta doctrinam nostram ibi traditam, respondere possumus, dubium tunc propriè solum esse, quando suspensio oritur ex motuis propensis contra fidem, propter quam voluntas imperata suspensio actus: quia suspensio prout imperata, & procedens ab illa voluntate mala, est etiam mala, & consummat infidelitatem, & est in intellectu: quare ex eo casu non potest argui, quod infidelitas aliquando non consummetur in intellectu, ut obseruavimus disp. precedenti.

14

Hurtado dicta disp. 68. §. 10. sectus argumentis Valentia, probat alter, posse infidelitatem consummari aliquando in voluntate, quia transeat ad intellectum: nimirum si quando praecipuum eliciendi actus fidei non virget pro tunc, dicat aliquid; nunc volo suspendere assensum, et auctor dissentientiam revelationi; quoniam video materi ad non dissentendum. Quo casu in voluntate est peccatum infidelitatis, sicut voluntas homicidij crastini, est hodie peccatum iniustiae, licet effectus non ponatur hodie. Rursus in intellectu non est hodie infidelitas, quia omission assensus hodierni non est contra praecipuum fidei, cum videat homo se non teneri ad credendum hodie actu positivo: datur ergo hodie peccatum infidelitatis in sola voluntate.

Hoc etiam exemplum nobis non placet, quia nomine infidelitatis, simpliciter, & ab solute diximus intelligi peccatum excludens ex natura sua, & ratione obiecti omnem actum fidei, & ideo excludens etiam ipsum habitum. Vidi autem supradicta. 14. de confessione externa fidei sect. §. 4. merum propositum relinquendi fidem anno sequenti non esse propriè infidelitatem, nec impedire actum fidei tempore intermedio, nec excludere habitum fidei: sicut nec propositum

acceptandi cras fidem facit hodie simpliciter fidem. Quamvis autem in casu posito excluderet etiam actum fidei presentem, quatenus est voluntas suspendendi nunc assensum; hac tamen exclusio fidei presentis esset per accidentem, nec proueniret à voluntate illa, quatenus infidelitas est; sed portius quatenus est voluntas licita suspendendi nunc assensum, quia non est debitus: infidelitas vero debet excludere assensum fidei, quatenus infidelitas formaliter est, & ideo est infidelitas, quia excludit assensum fidei. Cum autem voluntas illa non suspendat assensum, nisi quia debitus non est, non opponitur obligatio credendi, quare si postea apparet obligatio credendi hodie, non excludetur assensum fidei, ex vi prioris illius voluntatis, quia solidum impedit assensum non debitum hodie. Adeo, excludentem illam, prout illis verbis exprimitur, non esse voluntalem; solum enim suspendit nunc assensum, & vult cras discentire: unde ex vi illius voluntatis non impedit assensum fidei, hodie velter, vel nocte, sed solum nunc. Quoniam autem fingetur voluntas suspendendi assensum, hoc tamen, quia non est debitus, & cras statim difficiendi fidei, adhuc hodie ea voluntas non est propriè infidelitas, quia hodie, ut diximus, non impedit assensum, quatenus est voluntas mala, sed quatenus est voluntas licita non eliciendi assensum fidei non debitus.

Potes, quid si voluntas illa non suspensteret hodiernum assensum praeceps, quia non est debitus, sed etiam terrena motu, & argumentis propositis contra nostram fidem. Respondeo ex Iuradictis, illud fore propriè peccatum infidelitatis, quia ut diximus Disp. precedenti sect. 4, voluntas illa esset retractatio virtualis, & implicata status fidelitatis, & excludere assensum fidei & statum fidelitatis, quatenus esset voluntas mala, & approbans moria contra nostram fidem, & ponens hominem in eo statu, ut quandiu voluntas illa non retractatur, non possit velle elicer assensum fidei, omnino firmum. Tunc tamen infidelitas non esset solum in voluntate, sed etiam in intellectu, quia suspensio & omission assensus, prout procedens ab illa mala voluntate infidelis, esset mala, & habens malitiam infidelitatis, prout latius explicimus ubi supra dicta sect. 4.

His ergo exemplis omisis, afferte possumus aliud, exemplum metaphysicum, magis quam morale, & ideo dixi supra posse metaphysicum consummari infidelitatis peccatum in sola voluntate; casus autem est, si posita voluntate infidelis dissentiendo positivè rebus fidei, Deus negaret concursum intellectui ad eliciendum dissentimentem, tunc enim haberet se sicut voluntas mouendi manum ad homicidium, cui manus non obediret, et quod ligata, vel impedita esset ab extirpatione: sic intellectus, negato Dei concursu ad dissensum, non obediret voluntati, & per consequens maneret tota malitia in sola voluntate, quin transit ad intellectum, in quo non ponetur turbatus imperatus incredulitatis. Idemque esset, si Deus homini nescienti negaret ex se, & antecedenter ad voluntatem hominis concursum ad assensum fidei, vel ad dissensum, & homo voluntate infidelis imperaret sibi negationem alienius, tunc enim videtur etiam malitia tota manere in voluntate sola: nam licet esset etiam in intellectu negatio assensus male volitus, illa tamen negatio non procederet à voluntate mala, sed haberet

se concomitante; cum negatio illa procederet ex defectu concursus aliunde à Deo negati independenter ab illa mala voluntate. Non posset ergo omissionis assensus denominari mala extrinsecè à voluntate illa, à qua non procedit, nec dependet & per consequens tota malitia, & omnis actus malus maneret in sola voluntate, & nullus in intellectu.

¹⁷ Quamvis autem videri posset casus hic possibilis, solum de potentia Dei absoluta, atque adeo manere in uniuersum verum, quod non posset ex natura rei peccatum infidelitatis consummari in voluntate: in rigore tamen hoc ipsum videtur posse concipi aliquando possibile, iuxta ipsam natum intellectus; qui quidem cùm sit potentia finita, habet virtutem limitatam, nec potest simul plures, & plures actus absque termino elicere. Ponamus ergo habere iam in hoc instanti tota actus, quorū simul potest habere; tunc licet voluntas imperet illi diffensem rebus fidei, non poterit intellectus tuus obediens, cuius virtus tota inuenitur exhausta: quare habebit se sicut manus, quae non obedit voluntati imperanti motui, eo quod ligata vel impedita sit, & per consequens manebit tunc tota infidelitatis malitia in voluntate sola, quin sit quidquā in intellectu, quod denominatur malum ab illa malitia. Idem esset, si voluntas imperaret diffensem ex odio in fidem, & tunc in intellectu non essent applicata mortua ad actum positivum diffensus, non posset enim poni tunc diffensem imperatus, ex defectu obiecti nondum sufficienter applicata. Denique idem esset, si imperaret ab illo imperio prauo voluntatis, sed aliunde & ex defectu mortui ad assentendum. Quos casus omnes fateor esse metaphysicos, non tamen impossibilis etiam ex natura rei. Hinc autem patet responsio ad fundamenta, quibus Suarez suam affectionem probat.

¹⁸ Dubium esse posset, an quando infidelitas consummaretur in voluntate, quin transiret ad intellectum, id sufficeret, ad expellendum habitum summatur, fidei infusus. Videtur enim non sufficere, quia regula trahit vera, licet postea sit tota infidelitatis malitia in intellectu voluntate, non est tamen infidelitas consummata, si fidei non est homicidium consummatum, vel ex excellenti, vel per iurum, licet ponatur voluntas efficaciter occidendi, vel peierandi, si re ipsa non ponatur occiso, vel per iurum volitus, nec incurritur paenitentia homicidij, vel per iurum. Habitus autem fidei non perditur, nisi posito peccato infidelitatis, ut habetur ex Tridentino *sess. 6. cap. 10.* Verius tamen videtur, debere eo casu perdi fidei habitum, propter etiam concedit Hurtado *dicitur diff. 68. §. 13.* & ratio est, quia huiusmodi paenae, quae infliguntur a solo Deo, sequuntur forum diuinum, in quo voluntas pro facto reputatur, nec malitiam, aut punibilitatem auger actus externus carens noua libertate, qualis est actus intellectus, vel eius parentia, sed tota punibilitas attenditur, secundum gradum malitiae, quae est in voluntate. Nec ex hoc quod auferatur habitus fidei, qui erat in intellectu, sequitur peccatum illud consummari in intellectu, in quo ponitur parentia illius habitus. Nunc enim non agimus de consummatione infidelitatis quod paenam, sed de consumma-

tione quod peccatum. Consummatur itaque paena illius infidelitatis in intellectu, si ab eo auffert habitus infusus in paenam illius peccati. Ceterum peccatum ipsum non consummatur intrinsecè in intellectu, in quo tunc nec ponitur malitia formalis (qua semper est in sola voluntate) nec etiam aliquid materiale, seu subiectum malitiae, quod denominetur peccatum infidelitatis, sed solum ponitur paena peccati, quae non est pars intrinsecā ipsius peccati. Denique quando Tridentinum dixit, infidelitate amitti fidem, intelligi debet iuxta subiectam materiam; cùm enim agatur de pena infligenda in foro Dei, culpa etiam intelligitur iuxta Dei forum, in quo ad infligendam paenam non attenditur, an peccatum sit consummatum, necne per actum externum, vel quasi externum, qui non auger malitiam, nec punibilitatem in ordine ad Deum. Sic enim idem Concilium in eodem loco dixit, gratiam Dei amitti alii peccatis prater infidelitatem, qualia sunt fornicatio, adulterium, mollicies, fursum, ebrietas, &c. ubi certe non restrinxit assertione Concilium ad haec peccata solum consummata per actum externum, sed iis nominibus intellectus etiam eadem peccata non prodeuntia in actum externum, si tamen sit voluntas mortaliiter mala quamvis per accidens non potuerit extra voluntatem consummari.

¹⁹ Ex dictis infraeiam potest facile decisio aliorum dubiorum. Primum esse solet, an malitia infidelitatis sit in voluntate, an vero in intellectu sit in voluntate, tanquam in subiecto. De quo agunt ultra alios etiam ab iis relatos, Suarez *diff. 16. sect. 3. num. 2.* & in intellectu segg. & Hurtado *diff. 67.* Quod dubium genera, tanquam in le est, ut bene aduertunt praedicti Doctores, & tractati solet in prima secunda de omnibus peccatis, quod consummatur per actionem externam, an malitia moralis primaria reperiatur in obiecto, seu actu extero, & inde refundatur in voluntatem; an contra, primaria sit in voluntate, & inde refundatur in obiectum, seu actu extero; Et omisso variis dicendi modis, qui fortasse non tam recta, quam vocibus differunt, ego in tractatu de actibus humanis dixi, malitiam moralis fundamentalem, seu radicalem, vel obiectivam reperi, in obiecto ipso, seu actu extero malo, ex quo refunditur malitia formalis in voluntatem liberam illius obiecti: malitiam vero formalem moralis primaria sit in voluntate, & inde derivatur in actu extero liberum, qui ab ea voluntate denominatur extrinsecus, & mediata malus, malitia formalis. Nam homicidium v.g. antecedenter ad voluntatem est malum obiectivum, & diffusum rationi, & ideo voluntas libera illius est mala, malitia moralis formalis, à qua voluntate mala, denominatur etiam malum, & peccatum ipsum homicidium exterrum imperatum ab illa voluntate mala: In quo autem consistat malitia illa fundamentalis, & obiectiva, qua se tenet ex parte obiecti: an in oppositione ad legem, vel ad rectam rationem, vel ad naturam rationalem, an in praeponderantia boni contrarij, vel in aliquo alio, est questione longa, de qua dixi in praedicto loco. Nunc ergo solum breviter dicimus, infidelitatem, quae est in intellectu, nempe diffensem, vel parentiam assensus debiti, habere se respectu voluntatis, tanquam obiectum, vel actu exterrum illius. Quare malitia obiectiva, seu fundamentalis infidelitatis reperiatur in intellectu, & inde

inde deriuatur malitia moralis formalis in voluntatem: ideo enim voluntas infidelitatis est mala malitia formalis, quia infidelitas intellectus, seu dissentire, aut non assentiri, prout oportet rebus fidei est malum obiectum. Postquam vero voluntas liberè vult illum diffidens, vel carentiam assensus debiti, ipsam voluntas est primariò mala malitia formalis infidelitatis, & inde derivatur extrinsecè hæc eadem malitia formalis in diffidens, vel carentiam assensus debiti, voluntam, & imperatam per voluntatem illam malam: Itaque diffidens, s. g. de se, & antecedenter ad voluntatem est malus, malitia obiectua; non est tamen de se malus malitia formalis, sed ideo, quia est volitus, & imperatus per voluntatem malam. Nec in hoc potest esse controverbia de re, si termini explicentur, & percipientur.

20
An peccatum infidelitatis sit peccatum commissionis, vel omissionis.
 Secundum dubium esse solet; an peccatum infidelitatis sit peccatum commissionis, vel omissionis; vel saltē; an possit aliquando esse peccatum omissionis: de quo agit Suarez disput. 16. sect. 1. num. 5. & sequentibus, & assert argumenta pro utraque parte: videtur enim esse peccatum omissionis; cum infidelitas consistat in ignorantia, qua videret esse carentia scientia, & quia hoc peccatum est contra præceptum credendi, quod est affirmativum, & per consequens violatur peccato omissionis; sicut præceptum audiens de Missal, dandi elemosynam; & alia præcepta affirmativa. Aliunde vero videtur esse peccatum commissionis, nam infidelis ille solus est, qui repugnat, & resistit fidei, ut indicat S. Thomas hac quest. 10. art. 1. repugnare auctum, & resistere significat actum positivum. Ipsi vero Suarez concludit, utroque modo posse committi peccatum infidelitatis, nempe omissione, vel commissione. Nam duplex est præceptum fidei; alterum affirmativum credendi, & audiendi fidem; & hoc præceptum violati potest omissione: alterum est præceptum negativum non dissentendi, nec credendi aliquid fidei contrarium; & hoc præceptum violatur commissione, nempe diffidens positivo, vel assensu contrario. Negat tamen posse esse peccatum omissionis pertinens ad infidelitatem contra præceptum affirmativum credendi, nisi quatenus aliquid non vult audire res fidei, nisi nondum sufficienter propositos.

21
 Ego paulo alterius dicendum puto. Et in primis suppono ex *proposito* secundæ iuxta sententiam meam, nullum posse esse peccatum pure omissionis, sine aliquo actu voluntatis. Hoc tamen parum refert ad hanc questionem, quia in omni sententia conceduntur aliqua peccata commissionis contra præcepta negativa, ut furtum, homicidium, &c. & alia peccata omissionis contra præcepta affirmativa, ut missa missa, omissione baptismi &c. Non quia haec peccata sunt sine ullo proflus actu voluntatis: semper enim interuenit nolitus missa audienda, vel baptismi; vel certè volitus alterius obiecti incopossibilis cum missa, vel eius volitione. Dicuntur tamen peccata omissionis, quia obiectum per legem prohibutum, & malum non est aliquid positivum, sed omissione missa, vel baptismi, &c. Hoc autem ipsum quarti videtur de peccato infidelitatis: an licet semper includat actum voluntatis, obiectum tamen circa quod versatur, nō ēpe infidelitas posita in intellectu, debeat esse positiva; an vero aliquando possit esse omissione actus positivus. Nec etiam est dubium, quod frequenter sit peccatum

commissionis, quando habetur dissensus, vel et præceptum negativum non dissentendi fidei; sed dubium est an possit aliquando esse peccatum omissionis contra præceptum solum affirmativum.

In primis ergo non est dubium, quod possit contra fidem fieri peccatum omissionis, nam præceptum credendi est affirmativum, & obligat aliquid ad actum fidei positivum elicendū, quo casu omissionis illius actus directè, vel indirectè volita, erit peccatum omissionis contra fidem; sed dubium est, an possit etiam esse peccatum infidelitatis, quod sit omissionis: non enim omnia peccata contra fidem sunt peccata infidelitatis. Quod dubium pender omnino ex iis, qui diximus supra disput. præcedenti de peccatis quibus habitus fidei amittitur. Cum enim nomine infidelitatis propriè sumptu intelligamus ea solum peccata, quæ omnino excludant actum fidigandi, que ideo excludunt etiam eius habitum infidem; consequens est, ut si aliquod peccatum omissionis habeat hos effectus, concedendum etiam sit peccatum infidelitatis, quod sit peccatum omissionis.

Quare non placet in primis, quod Suarez sit supra num. 7. enumerat inter peccata infidelitatis peccatum omissionis, quo aliquis negligit actus fidei: nam ut supra vidimus, hoc non est propria infidelitatis sufficiens ad aszendendum habitum fidei, si forte in baptismi infantis infusus fuisset, quia cum ea voluntas & negligencia culpabiliter non retractata sit, & quod casu, vel inuitu ingeneratur alicui nonna fidei, & cum sufficienter propositam, aliquis credat. Erit ergo illud peccatum omissionis, & contra fidem, non tantum infidelitatis propriè dicta. Sic etiam secundum disiplicet, quod docet idem Suarez, contra fidem sufficienter propositam non posse esse peccatum omissionis: nam voluntas nunquam credendi fidem sufficienter propositam, et iverum peccatum infidelitatis exclusivens habitum fidei, sit supra vidimus: & tamen habet pro obiecto solum carentiam actus fidei, quod est proprii peccati omissionis, & est solum, & directè contra præceptum affirmativum aliquando credendi, contra quod præceptum peccatur peccato omissionis.

Magis dubitari posset de peccato illo, quo voluntas territa motu & argumentis contra fidem, imperat intellectui suspensum alientum, & diffidens, quod diximus supra esse propriè intentio & dissensus, licet nullus ponatur adus peccatum infidelitatis, licet nullus ponatur adus erroris in intellectu, sed mera suspensio. An vero peccatum hoc dicendum sit omissionis, vel impetratio commissionis, potest esse quæstio fortale de voluntate. Nam in intellectu nullus actus positivus ponitur, sed mera negotio actuum: quia videtur esse peccatum omissionis. Aliunde vero videtur dicendum peccatum commissionis, quia fidei non est contra præceptum affirmativum, cum tunc non regat præceptum positivè credendi, ut suppono; sed solum videtur esse contra præceptum negativum non dubitandi de fide, nec approbandi motiu contra fidem, aut recedendi a statu fidelitatis, prout recedere videatur, qui voluntate approbat virtualiter motiu contra fidem, dum eorum intuitu imperat suspensum assensus. Quæ omnia videntur esse præcepta negativa, arque ideo violantur peccato commissionis; nempe approbatione illa virtuali, & dubio,

ac recessu à statu fidelitatis. Qui loquendi modus mihi magis placet; quia licet in intellectu ponatur sola omissione actuum, & hac ipsa omissione sit mala, propter impetratur ab illa voluntate formidolosa: si tamen res arctentem consideretur, in ipsa omissione, qua est in intellectu non appetat malitia etiam obiectiva, quia illa omissione secundum se non prohibetur, sed illa ut procedens à tali imperio formidoloso: quare non potest dici peccatum omissionis: hoc enim iuxta regulam supra positam opponitur praecepto affirmativo, & ideo omissione actus praecepti debet esse obiectiu[m] mala. Cum ergo in cau[n]o nostro omissione affensus non sit secundum se mala, malitia obiectiva, nec prohibita, sed solum ut imperata ab illa voluntate formidante; consequens est, ut imperium illud, & approbat[ur] talium motuorum sit, quod prohibetur, atque ideo praeceptum sic magis negativum, quam affirmativum, & violatio illius magis sit peccatum commissionis, quam omissionis.

25
An ignoran-
tia ipsa in re-
bui fidei sit
peccatum, an
vero solum
efficiat per-
cant
 Hinc etiam faciliter infertur obiter decisio alterius dubius; an ignorantia ipsa in rebus fidei sit peccatum; an vero solum effectus peccati. Aliqui enim hoc secundum indicant. Valquez in 1. 2. diff. 118. cap. 2. & alij, quos affert; Suarez in praesenti diff. 15. sect. 1. num. 5. quia ignorantia est carentia habitus, seu scientie habitualis, quæ carentia videtur esse solum effectus negligenter sciendi. Alij vero melius, quos affert, & sequuntur idem Suarez ibi, dicunt ipsam ignorantiam esse peccatum, & malam formaliter denominatiu[m] à negligentia voluntatis, à qua procedit. Intelligendo nomine *ignorantia* non carentiam habitus, sed carentiam actus, que ipsa aliquando est prohibita, & mala obiectiu[m], atque adeo tunc carentia ipsius notitiae actualis erit peccaminatio, per denominationem à voluntate mala, à qua procedit.

26
An peccatum
omissionis, & commissi-
onis intra idem ge-
nere, & nus infidelitatis differant specie, vel solo numero
intrâ idem ge-
nere, & materialiter.
 Aliud dubium magis de re esse solet; An peccatum omissionis, & commissionis intra idem generis, & nus infidelitatis differant specie, vel solo numero intrâ idem generis, & materialiter. De quo idem Suarez dilla sect. 1. num. 10. vbi concludit differre specie; quia habent se sicut peccatum odij Dei, & peccatum non diligenti, sed carentia actus, que specie differunt, & opponuntur diversis praeceptis; aliud enim est praeceptum negativum prohibens odium Dei, & aliud praeceptum affirmativum diligendi Deum; sic etiam in praesenti aliud est praeceptum negativum non discenti Deo, neque neganti res fidei, aut de iis dubitandi, aliud est praeceptum affirmativum audiendi res fidei, & credendi illas. Ego in hoc puncto duplex distinguendum censeo; involuitur enim duplex questione diversa. Prima est, An assensus erroneus contra fidem habitus ex ignorantia graniter culpabilis differat specie quod malitiam ab assensi errore habito sine tali ignorantia, & per consequens omissione diligentia debita ad inquirendam veritatem sit peccatum diversa speciei, à peccato commissionis factio in assensi heretico contra Ecclesie doctrinam sufficenter proposuit. Secunda quæstio est postea, An peccatum omissionis, quando quis non elicit actum fidei, quem tunc debet ex fideli præcepto habere, differat specie à peccato commissionis, quo hereticus mente sua positiu[m] negat articulon[em] aliquem nostræ fidei. Quod ergo attinet ad primam quæstionem, non oportet de ea plura dicere, cum latius explicuerim, & probauerim meam sententiam.

Card. de Lugo de Virtute Fidei divinita.

tiam de eo punto, *Disput. 16. de p[ro]ni. sect. 4. num. 187.* Et sequentibus, vbi dixi, ea duo peccata non differre specie: est enim regula fatis communis apud Theologos; peccatum ex ignorantia, & malitia factum, non pertinere ad diuersas species malitiae moralis, sed ad eandem, quam regulam locum etiam habere in hac materia probauit latius in prædicto loco. Vbi tamen num. 183. Et sequenti notari, hanc regulam intelligi, quando ignorantia non est causa, nec exponit periculo contrahendi alias malitiam alterius speciei ab ea, quæ contraheretur, si idem peccatum absque ignorantia fieret: nam qui carnaliter v. g. cognoscit formam conjugatam cum ignorantia culpabili adulterij, & quod illa habeat virum, contrahit quidem malitiam adulterij, & simul possit habere malitiam incestus, vel contra religionem, si propter illam ignorantiam exponit se culpabili periculo cognoescendi consanguineam, vel monialem. Quod idem in materia nostra contingere potest: nam aliquando ignorantia circa res fidei culpabili potest hominem exponere periculo contrahendi alias malitias, & peccandi contra alia præcepta: ut si ex ignorantia culpabili neget aliquis presentiam Christi in Eucharistia, non solum contrahit malitiam contra fidem, sed etiam contra religionem; cum exponeat se periculo non deferendi debitum cultum illi sacramento, nece illud propter portet suscipiendo, & sic de aliis. Quando vero ignorantia illa culpabili solum affert negationem illius articuli, dicimus non esse malitiam specie diuersam à malitia negantis vndeum articulam absque tali ignorantia.

27
 Addo, regulam hanc ira esse yniuersalem, ut etiam in ipso peccato omissionis, cum proportione habeat locum. Si enim comparemus eum, qui ex ignorantia culpabili non elicit actum fidei debitum, & peccat peccato omissionis contra præceptum affirmativum credendi res fidei, cum eo, qui non ex ignorantia, sed scienter committit etiam peccatum omissionis, non credendo, nec eliciendo actum fidei, quem debet elicere; utrumque peccatum erit eiusdem speciei: nam quod fiat, vel non fiat ex ignorantia, non variet speciem malitiae; tunc qui omittit auditionem missa in die festo ex ignorantia culpabili, quod sit dies festus, & qui absque ea ignorantia non audit missam, uterque peccat, peccato eiusdem speciei, ut cum comamini Doctorum sententia probauimus *loco citato*.

28
 Quod vero attinet ad secundam quæstionem propositam, facta comparatione inter peccatum illius, qui non credit quando debet elicere actum fidei, & illius, qui habet assensum erroneum contra doctrinam fidei, admittendam credo doctrinam illam Patris Suarez, & faciendam differentiam specificam inter haec duo peccata. Non enim distinguuntur specie peccata, ut diximus, propter ignorantiam, vel malitiam, sed propter diuersitatem præceptorum, aut virtutum, quibus opponuntur. Videntur autem esse valde diuersa haec duo præcepta, nempe præceptum affirmativum credendi, & præceptum negativum, non discenti. Ad quod deferunt exemplum adductum charitatis, que licet sit eadem virtus, habet tamen duo præcepta valde diuersa, alterum affirmativum diligendi Deum, quod quia affirmativum est, non obligat pro semper, sed in certis temporibus: Alterum negativum; non odio

R. t. habendi

habendi Deum: quod, quia negatiuum est, obligat semper, & pro semper; & ideo peccatum odij Dei differt specie à peccato omissionis dilectionis Dei. Sic etiam fides haber duo præcepta, alterum affirmatiuum credendi Deo, quod quia est affirmatiuum, non obligat pro semper; sed certis temporibus, cui præcepto adueratur peccatum omissionis. Alterum est præceptum, negatiuum non dissentendi Deo, nec credendi contra eius reuelationem, aut de ea dubitandi; quod præceptum quia negatiuum est, obligat semper, & pro semper, & haec duo peccata differunt specie, sicut & præcepta quibus opponuntur.

29

Dices peccata non differunt specie, nisi penes diuersas rectitudines, quibus priuant, nam malitia iuxta communem sententiam consistit in priuatione rectitudinis debita; sed rectitudo, quia virumque illud peccatum priuat, est eadem, nempe rectitudo debita fidei; ergo & malitia opposita est eadem in vrroque peccato. Respondeo, rectitudinem non esse eadem, sed diuersam, nam rectitudo unius virtutis non est simplex; sed plerumque cōposita ex duplice rectitudine partiali. Exemplum habemus in temperantia, quia præcipit moderamen in cibo, contra quam virtutem peccat, qui excedit in cibo, quod est peccatum gulæ; & peccat etiam, qui deficit in cibo debito non comedendo quantum necessitas exigit, quod non est quidem peccatum gulæ, sed alterius speciei. Quia nimis lex temperantie non est simplex, sed composita ex duabus legibus, quarum altera prohibet excessum cibi, altera præcipit cibum, & que ad talēm mensuram. Et quidem, qui excedit in cibo non peccat contra legem præcipientem cibum necessarium; sed retinet totam rectitudinem illius legis: & peccat contra alteram legem prohibentem excessum, cuius rectitudini opponitur gula; Et è contra, qui deficit in cibo necessario, non peccat contra legem prohibentem excessum, sed totam eius rectitudinem retinet, peccat tamen contra alteram legem, & eius rectitudinem violat. Idem inuenitur in liberalitate, quia præcipit sumptus necessarios, & prohibet superfluos, atque ideo duas complectitur leges; quarum vnam præcipiente vñus necessarios violat auatus, qui tamen retinet totam rectitudinem alterius legis prohibientis superfluos; quam legem violat prodigus, retinens totam rectitudinem alterius legis præcipientis sumptus necessarios; & ideo illa duo peccata auaritia, & prodigalitas differunt specie, quia licet videantur esse contra eandem virtutem, non sunt tamen contra eandem rectitudinem indiuisibilem, sed contra diuersas rectitudines partiales, seu contra diuersas partes, & leges vnius rectitudinis totalis quod idem in aliis multis virtutibus inueniri potest. Hoc ergo ipsum dicendum de rectitudine fidei, qua quidem complectitur plures rectitudines, & leges: nempe legem non dissentendi, & legem credendi; quare qui non dissentit, retinet vnam rectitudinem, & seruat vnam legem negatiuum fidei, sed non retinet alteram rectitudinem affirmatiuum, si non credit positivè quando credere debet.

30

Dices hinc sequi, quod debeant etiam specie differre peccatum eius, qui non vult audire fidem Christi ab eo, qui vult eam illi proponere; & peccatum illius, qui eandem fidem sufficienter propositam non credit. Quia sicut est duplex si-

dei diuersum præceptum, nempe non dissentendi fidei, atque etiam positivè eam credendi, & esse duo præcepta diuersa; sic etiam videtur alterum eam credendi: qui enim loquitur veram, qui petit ab audiente, scilicet attentionem, seu auditum, atque etiam fidem. Vnde qui audit fidem, & non credit, violat quidem secundum præceptum, sed obseruat primum, & tenet ilius rectitudinem; nec enim negat Deo auditum, & attentionem, sed assensum: qui autem non audit, violat etiam primum præceptum. Respondi potest negando sequelam, quia illa duo præcepta audiendi, & credendi, licet videantur esse diuersa, sunt tamen formaliter vnum, ut dicitur dis. 13. secl. 2. quia sunt subordinata, ita ut vnum sit propter aliud, nam auditus propter fidem: qui enim loquitur, non petit auditum nisi propter fidem: nam ut sepe diximus, loquio ordinatur ad communicandam propriam mentem, quam loquens intendit communem, & eandem habere cum audiente, & quod idem sit virtusque sensus, ad quem finem exigit auditum, & attentionem: idem ergo est finis virtusque præcepti, nempe fides ad quam auditus exigitur, ut medium necessarium. Cum autem malitia defumtur ex fine præcepti, & non ex eis præcepta materialiter considerata, consequens est, ut sicut illa duo præcepta audiendi, & credendi non differunt formaliter ex fine, ita nec eorum violationes differunt formaliter, sed solum materialiter, & numerice. Adverte tamen differentiam hanc specificam, quam diximus esse inter duo illa peccata, dissentientis, & non credentis, parum fortasse referre ad praxim: nam communiter, qui moraliter violat legem audiendi, vel credendi fidem, nolendo eam audire, vel etiam sufficienter sibi propositam credere, peccat etiam contra alterum præceptum, non dissentendi, & non neganti res fidei. Quod ex supradictis colligitur, quia ad contrahendam malitiam gravem infidelitatem, sufficit expondere se sine causa periculo graui illius: qui autem non vult audire, vel auditam credere fidem Christianam sine causa, expont se manifesto periculo credendi errores multos contra illam, ut constat experientia, & omnes fatentur, quod periculum præcaute debat; ergo ex hoc saltem capite contrahit malitiam illius, qui non solum non credit, sed etiam dissentit rebus fidei. Vix etiam vñquam contingere potest, ut qui fidem non credet, vel oblatam, non vult audire, non habeat actum positivum, quo eam saltem dubiam iudicat, quia etsi iam erit contra præceptum negatiuum, non negandi, nec dubitandi de rebus fidei. Solum posset locum habere illa differentia: quando aliquis peccat contra præceptum affirmatiuum fidei, non propter difficultates, vel argumenta contraria sed propter alias occupationes, quibus vult attendere; & ideo non clicit actum positivum fidei, quem tunc ex directo fidei præcepto debet elicere: sed in primis illud non est propriè peccatum infidelitatis, de quo porissimum nunc loquitur, licet esset peccatum contra fidem: & deinde casus ille rarissimus erit, & vix vñquam continget, occupationes, vel quidquam aliud præter mortua intrinseca, & argumenta contra fidei voritatem, retardare ab assensu præfato præstante, qui ita breuiter, & facile elicere potest, superata iam

iam semel difficultate ex parte motiuorum contritorum. Quod si singas occupationes saltem retardare ab examinanda credibilitate aliquis articuli; cuius fides explicita debita erat tunc direx & ex praecepto fidei respondeo, vix posse hoc in homine Christiano contingere, nisi ex negligentiis in addiscenda doctrina Christiana; & rebus, quas deber explicit scire, & credere, de qua negligientia quando interueni peccatum mortale, deber posse se distinet accusare, nec sufficit dicere, se peccasse contra fidem, aut non credidisse res fidei: nam ex hoc modo se accusandi Confessarius concipit potius peccatum infidelitatis, quo contra fidei veritatem fenserit, quam negligientiam solum in addiscendis rebus fidei, quod est peccatum specie diversum.

³² Quarec aliquis, peccatum dubitantis solum de rebus fidei, differat specie a peccato fidentis positivitate, & absolute contra illam. Respondeo, duplicitate posse illud peccatum dubij contingere. Primo habendo iudicium, quo dicas res illas esse dubias, vel fortasse aliter esse, vel non omnino certas, &c. & tunc peccatum videtur esse per se loquendo eiusdem rationis cum peccato fidentis absolutè contra fidem. Nam eo casu licet non negetur absolute Incarnationis, vel Eucharistia, sed dubitetur solum de illis; negatur tamen certitudo Incarnationis, vel Eucharistia, quia certitudo non est minus de fide, quam sit ipsa Incarnationis, vel Eucharistia. Parum autem refert, quod negetur Eucharistia, vel eius certitudo, cum utraque sit aquæ de fide, & aquæ certa. Dixa, per se loquendo, quia si negatio absolute articuli haberet aliunde malitiam aliam, eo quod rediret hominem alterius fidei, & addiceret alii ritibus contra religionem, vel tolleret usum debitum rituum debitorum religionis Catholicae, quam malitiam non afferret mera dubitatio; iam inde possent illa duo peccata differre specie; hoc tamen esset per accidens, vt dixi. Secundò posset illa dubitatio haberet sine iudicio eiusmodi positivo errore, sed per solam suspensionem assensus imperatam à voluntate formidante, hoc est, mota argumentis, & motu ab intellectu propositis contra veritatem fidei, vt explicuius ^{disput. precedenti sect. 4.} Et videtur hoc peccatum minus graue esse, quam disensem rebus fidei, cum solum sit dubium per modum suspensionis. Itaque, si sit, cum deliberatione sufficiente ad mortale, videtur non differre specie a disensem, quia ut praedicto loco diximus, est aequivalenter dubium positivum: nam licet intellectus non iudicet positivum incertitudinem objecti, voluntas tamen videtur eam approbare, cum approbet motu ad formidinem, & eoram intuitu imperi suspensionem assensus: & ideo diximus esse aequivalenter assensum de incertitudine, & formidinem intellectualem, & excludere habitum fidei, quia excludit statim fidelitatem, & denominat hominem infidelem: quare in ordine ad mores, utrumque peccatum pro eodem videtur reputari.

SECTIO II.

Comparatur grauitas infidelitatis cum alijs peccatis.

³³ De hoc agit S. Thomas. qnaq. 10. art. 3. & infra qnaq. 20. art. 3. vbi comparat desperatio Card. de Lugo de virtute Fidei diuina.

rationem cum infidelitate, & odio Dei, & qu. 34 art. 2. vbi comparat odium Dei cum infidelitate, & desperatione. Quare operæ pretium erit, hæc omnia simul hoc loco expedire, vt postea non sit nobis necesse in aliis materiis hanc controver- sian repetrere.

Itaque S. Thomas in his tribus locis docet, Odium Dei odium Dei ex genere suo grauissimum esse omnium peccatorum, secundo loco ponit peccatum ex genere infidelitatis, & tertio peccatum desperationis, omniū peccatorum, sequitur tria peccata esse grauiora ex genere cunctis peccatis, peccatis contra alias virtutes morales, quia tum infidelitas: tercius: peccatum grauissimum contra charitatem, sit grauissimum quoconque alio peccato, atque etiam peccato grauissimo infidelitatis. Postea tamen ^{disput. 2. de spe, sect. 2. num. 5.} dicit, intra genus peccati contra spem reperi posse peccatum aliquod grauissimum quoconque peccato infidelitatis. Quia nimis a virtute speci elicitus amor concupiscentiae erga Deum, vt bonum proprium. Quare odium Dei vt boni proprij, quod directè opponitur illi amori, opponitur etiam spei, & est grauissimum peccatum ex genere suo omni infidelitate, & heresi; quia est magis directa, & formalis auctoriatè à Deo, & quia immediate attingit Deum, infidelitas vero, solum mediante actu nostro, & denique, quia malitia, seu culpa ipsa est immediate in voluntate: ergo ea est ex suo genere grauior, que se corruptum maiorem honestatem voluntatis; sed virtus spei perfectior est, quam fides, saltem vt fides est in voluntate, atque ideo in genere virtutis, vt probauerat ^{disput. 1. sect. 6.} quia fides protinus in voluntate, non est virtus Theologica, sed moralis, cum non habeat Deum pro obiecto, sed actum credendi Deo: spes vero propter ei in voluntate, est Theologica, & terminatur ad ipsum Deum. Imò addit habitum fidei intellectualem esse etiam minus perfectum habitu spei; unde dicto num. 5. concludit sumnum peccatum contrarium spei, esse maius maximo peccato fidei contrario; nempe odium illud Dei, quod paulo superius nup. 3. explicuerat per has voces: volo pati in re alia, quam in Deo ponere felicitatem meam: qui actus oriri potest, vel ex ira, vel ex nimis auore creaturatum. Loquendo vero (inquit num. 5.) de proprio actu desperationis, qui non oriatur ex odio Dei, sed ex tao, vel ex alia tentatione, ob quam aliquis desistit voluntariè à professione beatitudinis, tanquam à re impossibili, vel nunquam futura, probabile est infidelitatem, & maximè heresim, esse grauissimum peccatum tali desperationis, propter rationem D. Thome. Hec Suarez.

P. Hurtado partim hac Suarez doctrina excitatus, partim aliis argumentis, non parum discusat à doctrina S. Thomæ supra adducta. Vnde ³⁴ disput. 69. sect. 3. in primis multa assert contra id, quod S. Thomas dixerat, desperationem esse maius peccatum infidelitatem, quoad reparationem, & occasionem relapsione quod qui desperar,

R. 2 non

non habeat principium, quo frangeretur. Quam doctrinam impugnat primò, quia infidelis pauciora habet, quibus avertatur à peccato, quam solum desperans, nam hereticus caret non solum fide, sed etiam spe, quæ sine fide esse non potest; & insuper caret cognitione intellectuali fidei, quæ cū cohicet, quam fidei cognitionem retinet. Catholicus desperans. Quod maximè locum habet in heretico negante beatitudinem, aut pœnas futurae vita: hic enim caret motiu sperandi, aut timandi, & excludit omnes affectum circa hac obiecta. Confirmatur, quia solum desperans haber potentiam proximam sperandi; hereticus autem negans præmium, & pœnam futuram, habet impotentiam proximam sperandi; cùm intellec-tus non assentiat motiu sperandi.

35

Secundò arguit, quia posita fide, est distincta difficultas in spe; sunt ergo duas difficultates superanda, altera in credendo, altera in sperando: Catholicus autem desperans non habet vincendam nisi unam, idque facilius, quia per fidem mouetur, & inclinatur; infidelis autem habet duas; ergo difficilior est ei resipiscere. Tertiò denique, quia ruina totius adficij à fundamento ægrius instauratur, quam ruina unius partis: per infidelitatem autem ruia adficium spirituale à fundamento, per desperationem vero ruit solum pars adficij; ergo damnum fidei difficilius reparatur, quam desperationis.

Postea vero sicut. 4. contra Thomistas docet desperationem ex specie sua obiectiva esse peccatum grauius infidelitate, quod probat argumentis ex P. Suarez supra adductis, quæ latius ponderat; & virget ex eo, quod fides propterea est virtus in genere moris, solum habet honestatem moralem pia affectionis, quæ affectio non est virtus Theologica, sed moralis, cùm nō habeat Deum pro obiecto sed honestatem credendi: inde infidelitas propterea peccatum in genere moris, non videtur esse virtutem Theologicum sed morale; cùm tamen spes in genere moris habeat honestatem Theologicam, & desperationem etiam in genere moris sit virtus Theologicum, & priuans honestatem Theologica. Videtur autem Hurtado magis vniuersaliter loquide de desperatione, quam Suarez, quid non concessit de desperatione orta ex tradicio, vel alia tentatione; sed de odio Dei, ut boni nostri, orto ex ira, vel nimio creaturarum amore: quam distinctionem Hurtado non facit, sed loquitur indefinitè de peccato desperationis.

36
Sententia
Auctoris.

Ego non puto, ob hæc argumenta discedendum esse à doctrina S. Thomæ. Et in primis quod attinet ad excessum odii Dei supra infidelitatem, & alia omnia peccata, omnes conueniunt, & ratio est clara, quia charitas est suprema virtutum, & versatur circa summam, & infinitam bonitatem Dei, & per consequens habet summam honestatem obiectivam, & summam etiam honestatem formalem ex parte sui: quare odium Dei, quod ei honestati aduersatur habet summam dishonestatem, & indecentiam: cùm directè, & formaliter, ac expressè recedat à summa bonitate, & honestate. Nam iuxta regulam Aristotelis 8. Ethic. cap. 5. approbatam à S. Thoma 1. 2. quest. 73. art. 4. In moralibus illud est pessimum, quod optimo contrariatur, quod maxime habet locum in easlo nostro, in quo illud optimum afferat etiam summum debitum amandi illud bonum, cùm sit obligatio amandi illud super omnia: quare tam ex parte boni, quod amandum est, quam ex parte

In moralibus
illud est pessi-
mum. quod
optimo con-
trariatur.

debiti illud amandi, crescit grauitas odii Dei, per omnia alia peccata. Quod tamen intelligo iuxta regulam generalem supra politiæ ex Susto, quod hæc comparatio intelligi debeat ex genere suo. Aliunde enim non videtur repugnare, quod peccatum aliquod infidelitatis, vel alterius viij in individuo, propter circumstantias gravissimas, quas haberit, sit adeo gravis, ut superet aliquod peccatum odii Dei in individuo, quod vel ex passione nimia, aut vehementi tentatione excederet aliquantulum, & decreceret eius gravitas. Nam siue potest aliquis plura, & plura, & peccata aliorum vitiorum multiplicanda ad aquæ pes, quam aliquis patitur proper vnum peccatum odii Dei, quod committit, ita polluit se malitia, & circumstantia aggregari, & quasi multiplicari in uno aliquo peccato alterius vitij, ut adæque, & superet pœnam debitam alicui odio Dei; & per consequens peccatum illud adæquabit, id supererbit grauitatem illius odii Dei: nam qualis, vel grauior pœna non correspondet nisi qualis, vel grauior culpa. Quamvis autem in perfectione physica non possit supremum infinitumtingere infinitum supremi, & ideo imperfectionum aurum, si verè eft aurum, sit perfectus perfectissimo argento; & imperfectissimus Angelus sit perfectior perfectissimo animali: in moralibus tamen excessus perfectionis physice compensari potest multitudo rerum inferiorum, vel ex aliis circumstantiis, ut latius probauit dñs. 5. de incarnatione sicut. 2. n. 21. sic enim plures montes argenteos adæquant, & superant in estimatione morali vnam monetam auream; quod potest etiam contingere in hac materia.

Dubitari potest circa hoc ipsum an sicut peccatum odii superat ex genere suo infidelitatem, & omnia alia peccata, ita peccatum non diligenter Deum, quod fit per omissionem amoris debiti, superet ex genere suo omnia alia peccata. Videtur enim eadem esse ratio, cùm omisso etiam dilectionis Dei aduersetur charitati, & priuam honestatem diligenter Deum. Respondeo tamen in primis ad verificandam proportionem vniuersale, quod peccata contra charitatem sint ex genere suo grauiora alia, non esse id necessarium: ad hoc enim sufficit, quod peccatum grauissimum contra charitatem singulare peccatum grauissimum contra alias virtutes: peccatum autem grauissimum contra charitatē non est omisso amoris debiti, sed odium Dei. Deinde addo, oppositionem contra virtutis perfectionem, facere quidem, quod peccata, carteris paribus sint grauiora, non tamen quando cetera non sunt paria: non sunt autem cetera paria, si comparantur, v.g. omisso amoris Dei, cum peccato homicidii: nam est valde diversus modus oppositionis, cum homicidium opponatur positivè, & contrarie debito iustitiae, & charitatis erga proximum, omisso autem amoris Dei non ita opponitur charitati, sed omisso, & negativo, quæ est multo minor oppositio ex genere suo: sicut minus aduersatur Petro affirmati Ioannem venisse Romanum, qui negat venisse, quam qui dicit nec ipsum, nec alium hominem venisse, aut potuisse venire, quæ est assertio contraria. Non ergo mitum, quod ex directa, & maiori oppositione, cùm virtute possit aliquid peccatum superare omissionem amoris Dei. Addo denique, cùm proportione debita posse in omissione amoris Dei concedi euodem excessum respectu aliorum peccatorum; nimur ex genere suo

Consis. anno 4. suo omissionem grauioris Dei debiti esse grauiorem omissione culpis alterius præcepti pertinens ad aliam virtutem, & hoc propter pœnitentiam præcepti, cui aduersatur, & maiori debito, quo obligat. Dixi semper, ex genere suo quia in individuo ex aliis circumstantiis potest alia omissione grauior esse, v. g. si aliquis omittat pro hac die dilectionem Dei, quam renebat hodie exercere, & alius omittat amorem proximi, vel parentum per totam vitam, vel omittat etiam hodie subuenire proximo in extrema necessitate spirituali, & alioquin in æternum damnando, cui si hodie non subvenit, cras non poterit remedium ei amplius præstari, cùm tamen, licet hodie omittatur dilectio Dei debita, & ideo peccetur, cras tamen possit Deus diligere, quia & alia similes circumstantie facere poterunt aliquando, quod grauior sit omissione alterius præcepti, quam dilectionis diuinæ debita.

83
Deperatio
an si percep-
tum erit in
infidelitas.

Quod actinet ad excessum illum, quem S. Thomas considerauit in peccato desperationis supra infidelitatem, propter difficultatem reparacionem, ad uero, Hurtadum non retulisse fideliter conclusionem S. Thomae, dum §. 5. ponit tanquam tertiam eius conclusionem, *desperatio est manus peccatum infidelitatem, quondam reparationem, & occasione recipiendi.* Nunquam autem S. Thomas dicta quæst. 20. art. 3. dixit, desperationem esse manus peccatum; sed si consideret ex parte nostra esse periculum, quod quidem, loquendo saltem de possibili, verissimum est, posse aliquod peccatum in se minus graue, esse nobis periculosius, propter occasions, quas affert ad alia peccata. Imo contingit aliquando, peccatum quod in se est veniale, afferte maius periculum committendi alia mortalia, quāli aliud, quod in se est mortale, v. g. nimius affectus ad ludum, cum iactura magna temporis, & honorum fortuna affert magna pericula periuorum, fixarum, & foras blasphemiarum, quāli si aliquis omittat missam uno die festo. Item desertio status religiosi, etiam absque peccato graui aliquando fiat (vt fieri contingat aliquo, qui vota simplicitia in nostra societate emisit, à quibus per dimensionem absolvitur) affert tamen plerumque secundum non mediocre periculum salutis æternæ ob facili occasions, & ob defectum vberioris gratia, & protectionis diuinæ, quia priuanc non semel, qui postquam miserunt manum ad aratum, retro recedunt, & sunt minus apti regno Dei. Quod tantum periculum non subiret fortasse, qui in ipso statu religioso manens uno die omitteret diuinum officium, à quo peccato celerius ibi resurget, & facilius ab illo aliisque peccatis in posterum caueret. Non repugnat ergo peccatum minus graue in se afferte occasions, & pericula pluri peccatorum, quāli aliud, quod in se grauiorem habet malitiam.

39
Porro peccatum desperationis, comparatum cum peccato infidelitatis esse tale, probabilitas suadet rationibus S. Thome. Pro quo aduerte, non debere fieri comparationem hominis Catholici desperantis de propria salute, cum haereticus etiam desperante: rūne enim non compararetur desperationis periculum, cum periculo foliis infidelitatis, sed cum periculo infidelitatis, & desperationis simul, quod sine vel maius, vel æquale esset; quālius & tunc posset forasse aliquando maius esse periculum, Catholici desperantis, quāli haereticī negant pœmata futu-

ra, & ideo non sperantis, vt postea dicam: sed comparatio debet fieri Catholici desperatis, cum haereticus errante circa Eucharistiam, v. g. vel Trinitatem, non tamē desperante de sua salute, sunt enim haereticī plures, imò fere omnes, qui non desperant de salute, imò excedunt præsumptuose sperantes illam, vel sine meritis, vel certè extra Ecclesiam Catholicam. Quālius autem sine fide non possint habere actum spes supernaturalem; non tamē peccant peccato desperationis, sed præsumptionis: cum quibus si comparerat Catholicus desperans existimari potest in maiorī periculo.

Prima ratio est, qua vitur S. Thomas, quia Catholicus desperans de salute, non habet motuum maximè hominem excitans ad obseruan-
tiam legis diuinæ, nempe retributionis spem: amittit etiam magna ex parte mortuum pœna, cūm hanc iam supponat sibi incurriendam, quæ duo potissimum cohibent passiones, & concupiscentias nostras, ne in præceps nos absque fraude coniiciant. Quibus mortuis non caret haereticus etrus circa Trinitatem: adhuc enim credit, licet non fide supernaturali, pœmum, & supplicium futurum, & sperat pœmum, & timore supplicij, à vitiis abstiner, pœnit factō Iudæi eo motu legis onera sustinent; & quālius haereticus erret aliquando circa aliquod peccati genus, putas, v. g. vñtam, vel fornicationem esse licitas, vel ieiunia non esse obseruanda, & ideo in ea materia liberius peccet: circa alia tamen peccata non errat, & ab iis facilius cohibetur, quāli qui spem pœmij acquirendi, vel penitentia amittit. Maius ergo periculum labend in alia crimina affert, per se loquendo, desperatio quāli hæresis, vel infidelitas.

Secundū possumus aliam rationem addere, quia nimic etrus circa fidem potest evidenter conuinci de credibilitate nostra fidei, adductis motiis, & argumentis evidētis credibilitatis. Catholicus autem, qui retenta omnino fide, desperat, non ita facilē conuinci potest; ipse enim non ideo desperat, quia neget Dei potentiam, vel fidelitatem (alioquin iam esset haereticus) sed quia attenta sua debilitate, & propensione ad peccandum, non credit futurum, quod se ab hoc affectu præiano velit vñquam corriger, & diuina legis obseruantiae difficultatem subire: nec potest evidēti argumento conuinci de falsitate huius existimationis, quæ fortasse est vera, facilior ergo via suppetit, conuincendi intellectum errantis circa fidem, quam intellectum desperantis de propria salute absque ullo iudicio errore contra fidem.

Vnde vñterius colligo id, quod paulo ante indicauit, contingere etiam aliquando, quod facit haereticus errans, circa pœmam, & supplicia futura, & ideo desperans, quāli Catholicus desperans etiam de propria salute. Nam haereticus ille potest evidētis argumentis conuinci de credibilitate nostra fidei, licet corrigit circa pœmam, & supplicia futura: quo errore ab-
Haereticus er-
rās circa pœ-
mam & sup-
plicia futura.
& ideo des-
perans faci-
lūs corrigit
circa pœmam, & supplicia futura: quo errore ab-
Catholicus
lato cessat pariter eius desperatio, quæ illo errore des- perabatur. Catholicus vero, qui ea omnino credit, iam de pro-
nitione
non ita monetur iis argumentis ad sperandum, pris salme-

R. 3 cum,

Card. de Lugo de virtute Fidei diuinæ.

cum, non desperantem, difficiliorem esse respicentiam illius, quam huius: sed etiam facta fortasse comparatione Catholici desperantis, cum heretico despatre, desperatione orta ex iudicio errore, circa præmia futura: si autem hereticus desperaret, non ex errore, circa beatitudinem à Deo, dandam, sed ex apprehensione suorum scelerum, iam tunc periculum non esse maius in Catholico sed tunc comparatio non esset desperationis virtus, cum in felicitate alterius, sed desperationis ynius, cum desperatione alterius, qua utique desperatio esset eisdem rationis, & ideo non mirum, quod afferret idem periculum, & candem respicentiam difficultatem.

43
Huiusmodi argumenta supra posita dissoluere. Ad primum, negamus, hereticum pauciora habere, quibus cohibetur à peccato; nam licet non habeat fidem, & spem, supernaturales, habet tamen iudicium de obligatione seruanda legis, circa quam obligationem non errat: habet item spem præmij, & timorem supplicij quibus cohibetur, & retinetur in observantia legis, saltē quoad multa: que spes, & timor in Catholico desperante non deserunt ad eum finem. Imo licet hereticus errat circa ipsa etiam præmia futura pro iustis, & ideo videatur deesse illi aliquod motivum, quod Catholicus desperans haberet ad sperandum alii undetamen cum solum desperet ex errore, circa fidē beatitudinis, de cuius erroris salitē potest facile conuinci, facilis poterit habere plura motiva ad sperandum, quam ille alias Catholicus, quia difficilis poterit persuaderi, ut deponat iudicium de sua futura damnatione, quod est illi motivum desperandi.

44
Vnde ad confirmationem. Respondeo etiam in primis, parum referre, quod Catholicus desperans habeat potentiam proximam ad sperandum, quam hereticus errans circa beatitudinem proximam non habet; si tamen impotentiam proxima in heretico facilis tolli possit, adductis motiis vera fidei, quam possimus Catholicum desperantem inducere ad spem concipiendam. Sic enim experimur etiam difficilius contingere, ut heretici gnari nostræ fidei conuerrantur, & redant ad fidem, quam ut gentiles carentes fidei notitia ea audita inducuntur ad credendum: & tamen heretici, habent potentiam proximam ad conversionem, quam gentiles non habent, antequam fidem auferrent. Addere tamen possumus, Catholicum etiam desperantem non habere potentiam proximam ad actum spes, quandiu haberet iudicium de sua damnatione futura, cum quo iudiciorum voluntas sperare non potest; habet tamen potentiam remotam, quatenus potest iudicium illud deponere.

45
Dices iudicium illud esse contra virtutem spes, quæ præcipiens spem, prohibet iudicium illud, quo actus spes impeditur, habet autem Catholicus potentiam proximam cohibendi semper illud iudicium: & ideo dicitur habere potentiam proximam antecedentem ad seruandum præceptum spes, quia iudicium illud non est antecedens, sed consequens, seu concomitans violationem præcepti sperandi. Sed contra, quia idem poterit dicere de heretico errante circa beatitudinem, qui quanvis, stante eo errore, non possit sperare; habet tamen potentiam semper proximam antecedentem recedendi ab eo errore, qui error non solum est contra fidem, sed etiam contra virtutem

spes, quæ præcipiens actum spes, sicut obligat ad non habendum iudicium abolutum, de damnatione propria futura, quo iudicium impeditur actus spes, sic obligat ad non habendum iudicium erroneous de beatitudine non futura iustis, quo etiam iudicium erroneous non minus impeditur actus spes: quare utrumque haberet acta primo potentiam remorant ad actum spes, & proximam ad impedientem illud iudicium, quo impeditur actus spes, & quod ea ratione videtur esse contra præceptum spes.

Ad secundum respondere est quidem duas difficultates, alteram ad credendum, alteram ad sperandum, quarum una sola in Catholico relata superanda: sed in heretico etiam non erant circa beatitudinem, non restat nisi una superanda credendi articulum in quo erat; nullam enim habet ad sperandum, cum adhuc in eo statu speret, & quidem cum excellu præsumptionis. Sed eti⁹ erat circa beatitudinem, minus difficile reduci potest ad sperandum, quam Catholicus desperans, quia facilius conuinci potest de falsitate sui erroris, quo ablato non habebit difficultatem sperandi, quam illi alteri Catholico desperanti suadeatur, ut deponat iudicium de sua damnatione futura, ut dictum est, que difficultas in eo Catholico est tanta, ut sit maior, quam illae due in heretico, quarum una penderet ab alijs qualitate, statim cessabit, & non ita difficile autem potest, sicut in Catholico.

Ad tertium respondere iacturam fidei esse quidem iacturam fundamenti, quod est fides; cile tamen iacturam talem, ut restituatur fundamento, statim sine nouis expensis restituatur omnia alia, quia non ceciderant, nisi propter defectum fundamenti, non per desperationem peccatum: sicut si fundamentum domus auferatur simul cum parteribus ei ad haereticos, restituere potest fundamentum reponeretur simul cum eo parteres, sine noua eorum constructione, aut expensis. Sic etiam si arboris radices euellerentur simul cum trunco, & ramis, facilis restituatur rotunda in eundem locum, quam si manentibus ibi radicibus abscessus fuisset truncus, qui certè non nisi longiori tempore, & maiori labore, per novum incrementum recuperari posset. Hoc ipsum experientia testatur in eo, qui aliquin probus, & virtutibus plenus decipitur ab hereticis, & perdit fidem: hic enim, ubi primū errorem cognovit, resipicit, & facile virtutibus floret, sicut antea, quia contra eas non peccaverat, sed solum contra fidem: sic ergo recuperato fidei fundamento, absque difficultate sperat, quia non peccaverat contra virtutē spes. Sed eti⁹ desperat eo quod errasset etiam circa articulum remuneracionis, adhuc restituere fidei fundamento, & ablato illo errore, statim absque noua difficultate sperat, quia rotunda iactura spes fuerit, proportionata ratione ynius fidei. Catholicus vero qui retinat fidem desperat, habet se sicut arbor cuius substantia manet in terra, cui difficultas truncus restinatur; habet se sicut domus, cuius paries defecit sunt, manente solo fundamento, cui manibus sumptibus paries sunt denud⁹ construendi, quam si paries simul fundamento adhaerentes cum eodem auellerentur, & simul cum fundamento redire possent.

Iam nunc explicanda, & probanda restat altera pars sententia S. Thome, quia docet infidelitatem ex genere suo grauius peccatum esse desperationem

ratione. Et in primis ad hominem impugnari potest distinctione illa Patris Suarez de desperatione orta ex ratio vel alia tentatione, quam dicebat minus grauem esse quam infidelitatem; & de desperatione continentem odium Dei, ut boni nostri, orta ex ira vel nimio creaturorum amore, quam dicebat esse grauiorem infidelitate. Hoc, inquam, impugnari potest, quia si quid probare rationes eiudem auctoris dicta *disp. 2. de Spe, sect. 2. num. 5.* probant etiam desperationem primi generis grauiorem esse ex genere suo infidelitate. Quia nimis desperatio magis immediata attingit Deum, à quo voluntas eo aucto recedit, quam infidelitas, in qua voluntas non recedit immediata à Deo, sed ab actu credendi Deo, quem auctum non vult habere, sed contrarium: Deinde arguit hoc ipsum ex eo, quod culpa sic immediata in voluntate; ergo ea est in suo generis grauior, que per se corruptit maiorem honestatem voluntatis: sed virtus spei perfectior est quam fides; scilicet ut fides est in voluntate, atque adeo in genere virtutis. Quod argumentum non solum probat de odio secundi generis, sed etiam de odio primi generis, cum illius etiam malitia sit immediata in voluntate, & per consequens deservat per se honestatem spei, que est in voluntate, & quidem spei Theologicae, cuius habitus à voluntate expellit, qui est habitus Theologicus in voluntate; cum ramen habitus pia affectionis, quem à voluntate expellit infidelitas non sit habitus Theologicus prout est in voluntate in genere virtutis. Argumentum ergo de veriusque generis odio probat maiorem grauitatem in genere peccati, quam sit peccatum infidelitatis.

Facilius ergo absque villa distinctione dicimus cum S. Thoma, infidelitatem ex genere suo esse grauius peccatum desperatione, & quidem infidelitatis grauitatem maximam probat bene inde Suarez *disp. 16. sect. 2. num. 2.* ex Augustino tral. 8*s.* in Ioannem, & lib. 3. contra duas epistolas Pelagianorum cap. 3*o.* dicente, peccatum absolute dicitum, intelligi per antonomiam de peccato infidelitatis, & in hoc sensu accipienda verba Christi Ioannis 15. *Sinon venissem, peccatum non haberent.* & illa alia verba cap. 16. arguit mundum de peccato. & quia infidelitas constituit hominem in eo statu, in quo nullum meritum etiam de congre exerceat potest, & innumera peccata, & vita secum affert, auferens principium totius Iustitiae, que est fides.

Explicatur grauitas infidelitatis. Ut hanc autem infidelitatis grauitatem magis à priori explicemus, & sicut respondemus argumentis contrariis, que supra ex Suario, & Hurtado reuelatus, recolenda sunt, quae diximus *disp. 10. sect. 3.* vbi explicavimus, actus reflexos impetrantes alios actus directos ob eorum honestatem, non indigere alio habitu reflexo, sed elici ab habitu info directo eiusdem virtutis, quia aequaliter versator circa idem motuum. Quod idem multò magis dicendum est, de actibus reflexis impenetrabilibus actus directos aliquius virtutis: vnde actus imperans odium Dei, habet aequaliter malitiam odij Dei, cum velit profectionem illius obiecti. Dixi vero id magis procedere in actu reflexo impetrante actu bonum, quam imperante actu bonum; quia ad honestatem formalem non sufficit velle obiectum bonum, nisi ipsa bonitas sit etiam motuum formale voluntatis; quare actus reflexus

imperans amorem Dei, propter honestatem ipsius amoris, licet velit mediare obiectum amoris Dei, quatenus vult efficaciter voluntatem efficacem illius obiecti, non tamen habet formaliter honestatem amoris Dei, quia non habet idem motuum formale, quod habet amor Dei nempe bonitatem infinitam Dei, sed motuum formale actus impetrantis, est bonitas amoris Dei, que non est bonitas increata, sed creata & finita. At vero ad contrahendam malitiam vitij non est opus habere illam pro motivo formaliter, sed sufficit eam directere, vel indirecte, velle, saltē ut obiectum materiale; vnde qui vult efficaciter, & imperat sibi actum odij Dei, eo ipso in actu ipso imperi contrahere videtur auerionem à Deo, quam secum afferat actus odij, quam auerionem vult saltē mediare per illud imperium; licet fortasse non sit motuum formale, sed solum obiectum materiale, directe, vel indirecte voluntum: sicut qui imperat sibi voluntatem efficacem luxuriae, vel actum inuidiae, contrahit in ipso imperio malitiam luxuriae, vel inuidiae.

50

Ex hac autem doctrina infertur licet voluntas credendi non sit formaliter virtus Theologica, prope praeceps consideratur in voluntate, quia non habet pro motivo formaliter veritatem Dei nec aliquid divinum; sed honestatem credendi Deo: voluntatem tamen contrariam dissentienti Deo, dici posse vitium Theologicum; quia vult immediate auerti à Deo per disensem hæreticum, quo homo auertitur formaliter, & immediata à veritate Dei, quam negat: quare voluntas illa imperans auerionem formalem intellectualem à Deo, contrahit malitiam eiusdem rationis cum malitia formaliter, quam contraheret ipse disensus erroneus intellectualis, si esset liber: sicut voluntas efficax odij Dei contrahit malitiam ipsius odij Dei. Cum ergo ipsa infidelitas intellectualis sit vitium Theologicum, & contraheret malitiam formalem intrinsecam Theologican, si esset intrinsecè libera, eo quod sit formaliter, & immediata auerti à Deo, & eius veritate: consequens est, ut voluntas eiusdem infidelitatis contrahat etiam malitiam formalem Theologicam, atque adeo sit non solum vitium morale, sed etiam Theologicum, hoc est auerteris à Deo immediata, seu volens auerionem immediatam à Deo & eius veritate: sicut etiam desperatione, & odium Dei, sunt vitia Theologica propter eandem rationem, quatenus involunt auerionem immediatam hominis à Deo.

Quo supposito, verisimile valde fit, quod ex genere suo grauior sit malitia infidelitatis, quam desperationis: veraque enim auerit hominem à Deo immediata: cum hoc tamen discrimine, quod desperatione auerit nos à Deo, quem debemus sperare nobis, ut bonum nostrum, atque adeo effectu minus nobili, quo magis Deus ad nos refertur, quam nos ipsi ad Deum, ut videbimus agentes de virtute spei. Infidelitas vero auerit nos à veritate Dei, quam per fidem debueramus amplecti sine respectu ad nostrum bonum aut comodum, sed proper infinitam Dei veritatem; quia tendentia èd videtur nobis, quod magis est ingenua. Quā rationem breviter indicauit S. Thomas dicta quest. 20. artic. 30. in corpore dicens: *Ex quo patet, quod infidelitas & odium Dei, sunt contra Deum, secundum quod in se est: desideratio autem, secundum quod eius bonum participatur à nobis: vnde minus pec-*

Rr 4 CATHOLIC

catum est, secundum se loquendo, non credere Dei veritatem, vel odire Deum, quam non sperare consequi gloriam ab ipso. Quia nimirum magis convertemur ad nos ipsos, & ad nostrum bonum per spem, cum tamen per fidem, & charitatem convertamus nos ad solum Deum, & amplectamur eius veritatem, & bonitatem infinitam, quod magis constabit ex solutione argumentorum.

52
Obiectio 1.

A Et dicit enim solui iam possumus, quia P. Suarez obicit loco supra citato. Primo enim dicebat, odium Dei, quod opponitur amori concupiscentiae elicto ab habitu spei, esse magis dicetam, & formalem auctorinem à Deo, quam infidelitatem. Ad quod respondere possumus, quidquid sit, an amor illae concupiscentiae erga Deum, ut bonum nostrum elicatur ab habitu spei, an ab alio diverso, de quo dicemus suo loco agentes de virtute spei: pro nunc negari posse, esse grauiorem auctorinem ex genere suo in illa fuga opposita spei, quam sit in infidelitate: nam fuga desperationis non oritur ex eo, quod obiectum sit malum, inquit ut ibi videbimus, desperatione non potest esse, nisi de obiecto bono, quod amamus, & à quo recedimus, non quia sit malum; sed quia nobis ut impossibile, vel difficile proponitur. Unde qui desperat, non profitetur implicitè in Deo aliquid mali, sed potius magnum bonum, ob quod eum amat: sed propter difficultatem, vel impossibilitatem saltem consequentem, quam apprehendit, tristis, & quasi fugatus recedit à bono amato. Infidelitas vero recedit à Deo impingens Deo virtualiter saltem defecitum intrinsecum falsitatem, dum negat vel Deum esse veracem, vel saltem esse vera, quæ sufficienter proponuntur, ut reuelata à Deo: quæ auctorio ex genere suo inuoluit maiorem iniuriam, & irreuerentiam in ipsum Deum.

53
Obiectio 2.

Secundò arguebat: quia actus ille odio, seu desperationis immediatè attingit Deum, infidelitas vero, non nisi mediante acto nostro. Respondeo ex dictis, in primis infidelitatem intellectualem esse auctorinem immediatam à veritate Dei, quam explicitè, vel implicitè negat, & quidem cum maiori irreuerentia erga Deum, quam sit in recedente per desperationem à Deo propter difficultatem, quem nisi amaret non desperaret, ut diximus, nemo enim desperat de mali, quia nollet. Deinde ipsa etiam voluntas precedens dissensum erroneum, licet non habeat pro obiecto immediatè volitum aut nolito Deum, sed dissensum intellectualem; contrahit, ut diximus, malitiam auctoris immediatam intellectualis, quam habebet dissensum ipse erroris, si esset liber; sicut voluntas reflexa odio Dei, licet non attingat immediatè Deum, sed mediante actu odio quem imperat, contrahit malitiam odio Dei, ad quam contrahendam sufficit attingere obiectum odio, mediante odio volito.

54
Obiectio 3.

Tertiò arguebat, quia illa est grauior culpa, qua per se corruptum maiorem honestatem in voluntate: nam culpa est immediatè in voluntate: sed maior est honestas spei, quam fidei in voluntate: nam spes in voluntate est virtus Theologica, qualis non est fides, prout est in voluntate, cum pia affectio credendi non sit in voluntate virtus Theologica, sed moralis; ergo ex genere suo grauior est culpa desperationis, seu odio oppositi amori concupiscentiae erga Deum, quam sit culpa infidelitatis. Ad hoc argumentum in primis item supra vidimus, probare etiam maiorem

grauitatem in desperatione, quæ non oritur ex odio Dei, sed ex rædio, vel ex alia tentatione, cum hæc etiam corrumperat in voluntate honestatem spei Theologicæ: quam tamen maiorem grauitatem supra infidelitatem non cœcedit Suus ergo debemus agnoscere in ipsa voluntate infidelitatis maiorem grauitatem, quam in desperatione aliqua, quæ corruptum honestatem Theologicam spei in voluntate. Quare ad obiectum respondemus, licet virtus fidei, propter præcise actus voluntatis, non habeat actus Theologicos, esse tamen ex genere suo maiori honestatis, quam sit spes, & infidelitatem etiam propter voluntate esse gravius peccatum. Quia ad honestatem, & in honestatem virtutis & virtutis non attenditur solum, ac actus sit formuliter Theologicus, sed etiam an sit Theologicus ex obiecto, hoc est, an afferat honestatem, vel in honestatem Theologicam obiectum. Nam dignitas virtutis Theologica, & grauitas virtutis oppositi, provenit ex eo, quod vnit immediate cum Deo, vel auerit immediate à Deo. Quando ergo bonitas obiectiva est vni ipsa immediata cum Deo, & malitia obiectiva est auctorio ipsa immediata à Deo, id sufficit ad refundendam maiorem honestatem, vel grauorem turpiditudinem in actu voluntatis ex genere suo. Quod de fato repertum in voluntate credendi, & in voluntate infidelitatis: nam licet neutra voluntas feratur formaliter immediate in Deum, & idea non sit formaliter Theologica; obiectum tamen utriusque est vno immediata cum Deo, vel auerio immediata à Deo, qua intellectus immediatè amplificatur diuinam veritatem, vel immediate ab ea auerit. Quare obiectum virtutis voluntatis est Theologicum in ratione obiecti, & per consequens refundit bonitatem, vel malitiam in voluntatem, proinde ac si ipsa voluntas esset Theologica, quia bonitas, vel malitia voluntatis definiuntur ex conditione ipsius obiecti. Vnde fides meritorum appellatur communiter virtus perfectio, & dignior, quam sit spes: quod quidem abesse distinctione Theologi communiter afflantur, non distinguentes de fide, prout est in intellectu, vel prout est in voluntate, sed absoletè id afflant de virtute fidei, quia numerum virtutisque excellentiam considerant, ex vniione immediata, qua hominem cum Deo coniungit, quatenus actus spei, coniungit immediatè hominem cum Deo, ut obiecto sperato, & motu sperandi; fides vero prout est in intellectu, coniungit hominem cum diuinâ veritate, & prout est in voluntate, vult illam coniunctionem immediatè intellectus, cum veritate diuinâ: quæ coniunctio via supra diximus, perfectior est ex genere suo, quam sit coniunctio, quam sit per actum spei. Negamus itaque actum desperationis corruptum per se maiorem honestatem, quam actum infidelitatis: hic enim ex genere suo prius maiori honestate obiectiva, nempe perfectiori coniunctione cum Deo, & afferat grauorem auctoris obiectum à Deo; vnde etiam corruptum ex genere suo maiorem honestatem formalem, nempe voluntatem perfectioris coniunctionis immediata cum Deo, quo sensu lustriter potest fari satis verisimiliter tentatio, & doctrina S. Thomæ, que est communis aliis Theologis.

Tria tamen obseruanda sunt circa hanc communionem doctrinam. Primum est, hunc excessum

grauitatis semper debere intelligi, ut monuimus ex genere suo: potest enim contingere, ut in individuo propter alias circumstantias aggravantes homicidium, v.g. hoc sit grauius, quam aliquod peccatum infidelitatis in individuo: si quis, v.g. occideret summum Pontificem sanctissimum, & à cuius vita maxime dependet bonus totius Ecclesie & hoc sine causa; sed ex mera inuidia, & odio, qui negat hoc peccatum in individuo, grauius esse, & maiori poena puniendum, quam heres illius, qui ut suo domino placaret, hæreticus ad breve tempus factus est, & statim resipuit & ad fidem Catholicam reddit? Debent ergo in hac comparatione cetera esse paria, quoad durationem, intentionem, libertatem, & alias omnes circumstantias: alioqui comparatio præcisè de sumpta ex nobilitate virtute, cui peccatum aduersatur, & pessimum fallere poterit. Quod à fortiori locum habebit, si peccata contra fidem facta ex ignorantia etiam culpabili comparentur cum peccatis alterius generis; cum circumstantia ignorantiae multum diminuat peccati gravitatem. Quin imo verisimile fatus est, quod cum aliis dixit Suarez Dispt. 16. sect. 2. num. 6. non solum in individuo, sed etiam in specie contingere quod grauius sit peccatum aliquod, quam aliud peccatum contentum sub genere perfectiori, v.g. fornicatio ex specie sua est grauior culpa, quam sit furtum ex specie sua, ut fateretur S. Thomas infra quest. 154. art. 3. & tamen furtum opponitur iustitia, quæ est dignior virtus ex genere suo, quam temperantia, cui opponitur fornicatio. Quod etiam in perfectione physica verum existimo, ut suppono ex philosophia, & fateretur Suarez loco citato. Nam genus viuentis secundum se nobilior est, quam non viuentis; & tamen fungus ex specie sua minus perfectus videtur, quam sit Sol ex specie sua, qui certè superat fungum in aliis multis predicatis nobiliорibus. Quamvis quod hoc, ut verum fatetur, potest forsan esse quæstio de nomine: nam excessus ille potest dici prouenire non ex specie, sed ex alio etiam genere nobiliore, sub quo est illa species, v.g. excessus Solis supra fungum prouenit ex genere incorruptibilem, siue quo est Sol, quod genus ex se nobilior est, quam corruptibilem, sub quo est fungus; atque ideo Sol non est solum perfectior fungo ex specie sua, sed ex genere suo, nempe ex genere incorruptibilem, & fungus non est solum imperfectior ex sola specie sua, sed ex genere corruptibilem, & facilè defecibilium, & parum actiuorum, &c. sic etiam fornicatio non solum ex specie sua est grauior furtu, sed ex genere suo, quod est versari circa bona corporis, quam ex genere suo sunt nobiliora, quam bona fortuna, circa que versatur furtum; quod ideo etiam est leuius ex genere suo, quam fornicatio, & sic de aliis similibus exemplis dici posset; de te tamen ipsa nobis suffici, quod sub aliquo genere ignobiliori, possit reperiiri aliqua species nobilior, quam sit species contenta sub alio genere nobiliore; sive haec maior perfeccio proueniat illi, ex ratione specifica, sive ex alio genere nobiliore disparato, sub quo continetur eadem species: hoc enim ad propositum parum refert.

Secundò obseruandum est, comparationem non fieri inter fidem peccatorem, & infidelem; forsan enim grauius punitur peccator fidelis, quam infidelis, ut dicit Urbanus Papa relatus

in cap. scimus 12. quest. 1. sed comparari solum peccatum infidelitatis, cum quolibet alio peccato & in hoc sensu dicimus, peccatum infidelitatis infidelis hominis esse ex genere suo grauius quodlibet alio peccato; quod non sit odium Dei: cetera tamen peccata, v.g. fornicatio, furtum, &c. hominis fidelis frequenter grauiora sunt, quam eadem peccata commissa ab infideli, propter maius lumen, quod fidelis habet, & maiorem obligationem non peccandi: unde fit, quod postea grauius punitur, quam infidelis: non quod furtum fidelis grauius punitur, quam infidelitas, sed quia cetera peccata, que plura sunt, grauius puniantur in homine fidei, quam haec eadem in infidei, & ideo sepe omnibus penitentiis maiorem penam habeat fidelis damnatus, quam infidelis.

Tertiò obseruandum est, sicut supra diximus excessum odij Dei super omnia alia peccata non arguere, quod etiam omissione dilectionis Dei debita ex precepto charitatis excedat omnia alia peccata, excedere tamen ex genere suo omissiones peccaminosas aliorum preceptorum: sic etiam cum proportione idem dicendum est, de omissione fidei debita non excedere quidem grauitate alia peccata, quod est mera omissione actus fidei, qui eo tempore debebat eliciri, & non est etiam interpretationis infidelitas: excedere tamen ex genere suo peccata omissionis contra alia precepta, praeterea omissionem dilectionis Dei, quae est contra preceptum charitatis. Quod idem cum proportione dicere possumus de difensu positivo contra fidem orto ex ignorantia, excedere quidem ex genere suo, & ceteris paribus, peccata ex ignorantia, quae sunt contra alia precepta, excepto semper peccato ex ignorantia, contra charitatem Dei; quæ omnia ex supradictis facile constat, nec indigent alia probatione.

Vna solū restare potest difficultas contrata tam hand doctrinam, quia licet infidelitas, qua aliquis negat Deum esse summè veracem, auertat immediate hominem à Deo, negando eius veritatem infinitam, & intrinsecam; alij tamen diffensus hæretici non negantes Dei veritatem, sed eius reuelationem; nimis quod de facto Deus reuelauerit Eucharistiam, vel quid humili, non videant euertere hominem immediatè à Deo, sed à creatura, nempe à reuelatione, quam negant, & quæ est aliquid extrinsecum Deo. Non ergo appetat unde hac infidelitas habet tantam grauitatem, quæ superet grauitatem aliorum peccatorum faltum ex genere suo, & ceteris paribus. Ad hoc tamen iam diximus suprà, non solù auerti à veritate Dei eum, qui credit Deum non esse veracem, sed etiam eum, qui credit falsa esse, quæ deber Deo reuelanti credere. Quod idem cum proportione inuenitur in odio Dei, & in desperatione, per qua etiam peccata auertit homo immediate à Deo. Ad odium enim auertit à Deo, non requiritur, quod apprehendatur in Deo non esse bonitas infinita, aut aliquid esse malum intrinsecum Deo: nam haec iam efficit hæresis manifesta, sine qua certum est posse committi peccatum odij Dei: unde nec requiritur, quod voluntas auertatur à Deo, quia Deus malus est in se: sed sufficit apprehendere Deum, ut malum nobis propter mala nobis inflicta, propter quæ voluntas odit Deum, protre de facto odio habent damnati, propter tormenta, quæ ab ipso patiuntur: iam enim auertuntur per actum contrarium ab infinita bonitate Dei. Sic etiam Catholicus desperans,

desperans, non apprehendit Deo deesse fidelitatem, omnipotentiam, misericordiam, &c. nec ideo desperat, sed apprehendit difficultatem magnam ex parte sua, quam non credit de facto superandam auxilii Dei, licet non nege posse superari: & hoc sufficit, ut auerratur à Deo per actum contrarium, desperando Deum, quem deberet sperare. Similiter ergo hæreticus, licet non nege, Deum esse veritatem infinitam, dissentit tamen iis, quæ Deo deberet credere, & ideo auertitur ab infinita veritate Dei per actum contrarium dissentiendo iis, quæ propter diuinam veritatem deberet credere. Auerti ergo à Deo per actum contrarium, non est solum negare in Deo esse perfections illas, quæ sunt morium amandi, sperandi, aut credendi, aut propter defectum illius mortui increati dissentire, desperare, vel odio habere: sed sufficit, per actum contrarium resistere illis mortuis increatis: hoc sufficit ad excessum illum grauitatis, quam hic recessus immediatus à Deo habet ex genere suo super omnia alia peccata: quatenus per haec tria peccata recedit homo immediate ab ipso Deo.

59

Dices, qui odio habet proximum, quem deberet diligere propter Deum, non ideo dicitur odio habere Deum, propter quem diligendus est proximus: ergo qui negat veritatem reuelatam, quam propter Dei veritatem deberet credere, non ideo dicitur immediatè recedere à veritate diuina, quam quidem non negat, sed solum Dei reuelationē, sine qua credi adhuc potest infinita Dei veritas. Respondeo negando consequentiam: recessus enim infidelitatis, desperationis, & odii Dei super alia omnia peccata, quæm Theologi considerant, prouenit ex eo, quod per haec tria peccata homo auerterit se directè, & immediatè à Deo, ut dixit S. Thom. *ditta quest. 20. art. 3. & alibi sive.* Hac autem aueratio seu fuga, cùm sit intentionalis, pertinet ad intellectum, & ad voluntatem. Voluntas ergo recedit, & fugit per affectum fugæ, qui opponitur prosequitioni: fugit verò voluntas duplicitate obiectum; primò quia malum est, & hic est affectus odii; secundò non quia malum est, sed quia impossibile, vel difficile apprehenditur; & hic est affectus desperationis, quo voluntas recedit ab obiecto bono, non tam fugient, quā fugata ab ipso obiecto voluntatem à se repellente, ut latius explicabitur Deo dante *in tract. de fte.* Vtique ergo modo voluntas recedit directè, & immediatè per actum positivum à Deo, nempe per odium Dei, quo fugit Deum tanquam malum, vel in se, vel certè ipsi homini: atque etiam per desperationem, quia recedit etiam directè à Deo, non quia malus sit, sed quia eius asequitur difficultate sua deterret, & quasi fugat voluntatem; quæ licet non tam fugiat, quā fugetur, recedit tamen difficultate depressa, auerterit se à prosequitione summi boni, seu Dei; qui etiam est recessus directus, & immediatus à Deo, ut bono nostro. Intellectus autem non habet alium modum recedendi, seu auertendi se, & fugiendi positionem ab obiecto, nisi per dissensum: nam sicut per assensum amplectitur obiectum, ita per dissensum ab eo positivè fugit.

Hic tamen dissensus potest esse duplex, nempe formalis, & expressus, vel virtualis, & aequalis: Primo modo recedit intellectus à Deo negando expresse eius veritatem, qui est pessimus actus infidelitatis, quo homo se auerterit immediatè.

Voluntas du-
pliciter fugit
obiectum

Intellectus
auerterit se ab
objeto per
dissensum.

Dissensus du-
plex.

tè, & expresse ab infinita veritate Dei. Secundo modo recedit intellectus ab eadem Dei veritate, negans id, quod sufficienter proponitur ut reuelatum à Deo, & quod propter diuinam reveritatem deberet credi. Qui etiam est recessus directus, & immediatus à veritate Dei, licet non formalis, sed virtualis; qui negare esse verum id quod proponitur, ut dictum à Deo, & quod propter Dei auctoritatem debet credi, est virtualiter negare veritatem Dei, quia negat veritatem creatam, sine qua in his circumstantiis Deus non potest esse verax: unde aequaliter negatur veritas Dei: & ideo S. Thomas *ditta quest. 20. art. 3.* simpliciter, & absolute dixit, quod per infidelitatem, *homo ipsam Dei veritatem non credit:* quia nempe dicit non esse verum id quod credere debet, dictum esse à Deo. Fator hinc aequalitatem, qua dicimus, negantem articulum reuelatum, negare virtualiter Dei veritatem, non fundari in mero debito phisico ipsius intellectus, sicut qui negat conclusionem, quæ evidenter sequitur ex præmissis, cogitare necessario ad negandum præmissam aliquam, nec potest physicè intellectus, si attendat ad illationem, & connexionem, negare conclusionem assentiendo viruque præmissa: in casu autem nolto potest quidem intellectus, saltem imprudenter assentiri veritatem Dei, & negare articulum reuelatum, negando esse à Deo reuelatum. Dicitur autem virtualiter negare veritatem Dei, propter necessitatem partim physicā, partim ex debito morali, quia negato articulo debet negare veritatem Dei. Quia nimur videt esse obligationem credendi, illam esse reuelationem Dei, quare reuelatione Dei concessa, propter obligatio illam concedendi, cogitur iam physicè intellectus, negato articulo reuelato, ad negandum veritatem Dei, cum qua posita reuelatione, habet connexionem necessariam veritas articuli reuelati: & ideo dicitur aequaliter, seu virtualiter, dissentendo articulo, negare veritatem Dei reuelatis.

Vnde constat iam differentia inter odium proximi, qui deberet amari propter Deum, & dissensum articuli, qui deberet credi, propter veritatem Dei. Nam qui negat articulum fidei, habet dissensum, qui cum cogit necessitatem partim physica, partim ex debito morali, ad negandum veritatem Dei, qui est intellectualis recessus, & affectus immediata, saltem virtualis, & aequalis ab ipsa veritate Dei, & perinde se habet aequaliter, ac si diceret Deus non est verax. Qui vero odio habet proximum, non habet ullum actum, qui cum cogit necessitatem physica, vel ortu ex debito morali, ad odium formale, vel ad desiderandum Deum; sed solum cogitat ad non diligendum Deum; sed solum cogitat ad non diligendum Deum super omnia, durante illo odio proximi, quatenus in dilectione Dei super omnia continetur implicitè dilectionis proximi propter Deum. Non tamen cogitur physicè ad habendum odium Dei, ut constat: nec etiam cogitor ex debito morali, cùm non habeat præceptum habendi aliquem actum, ex quo, durante odio proximi, cogatur ad habendum odium ipsius Dei: ideo odium proximi non est aueratio directa à Deo, & immediata: dissensus vero articuli reuelat, est saltem virtualiter aueratio immediata saltem virtualis ab ipsa veritate Dei.

SECTIO

SECTIO III.

Divisio infidelitatis in Paganismum, Iudaismum, & Heresim.

61 **I**n fidelitas potest latè accipi, & in genere, vel strictè, & quasi in specie: Primo modo cōp̄re,
p̄fidelitas in p̄fide, & in hēreditate omnē diffēlūmū contra nostrā fidem; siue
hēresis, siue Iudaismus, siue gentilismus; secundū
modo accipitur magis stricte, propt̄e condit̄gūt̄ur ad hērelis de qua dicemus *disput. sequenti.*
Nūc loquimur de infidelitate in genere, & pri-
mo modo, quæ communiter diuidi solet in tria
membra: Paganismum, Iudaismum, & hēresim;
de qua diuīsione agunt Theologi, in presenti,
cum S. Thoma *qu. 10. art. 5.* circa quam diuīsionem,
Aduerto in primis, in eo sermonem esse so-
lummodo de infidelitate, propt̄e opponit fidei
Catholicae, nam si aliquis diffēlit̄ reuelationi
priuatiōe sibi sufficiēt̄ proposita, peccabit
quidem grauiter contra fidem, ut vidimus in su-
perioribus, & tamen non erit paganus, Iudeus,
vel hēreticus: neque eius infidelitas pertinet ad
iudicium humanum, sed ad diuinum. Theologi
autem eas tātū species infidelitatis assignarunt,
quæ defērunt ad dignoscendos infideles in hu-
mano iudicio, tēlīta illa alia infidelitate priuata,
quæ ad humana iudicia inutiles est.

De diuīsione ergo in hoc sensu intellecta plu-
res occurruunt difficultates: Ante quas tamen ob-
seruandum est, Paganini nomine in presenti
comprehendi omnes alias infideles, qui nec ad
Iudaismum pertinent, nec ad hēreticos. De ety-
mologia autem huius nominis. *Pagani*, & cur
ad infideles translatum sit, multa congerit Hurtado
disput. 7. 1. sect. 1. ex. Azorio tom. 1. lib. 8. cap. 24.
quibus omissis certum est, hoc nomen à pago
deriuari, vnde rusticē frequenter apud veteres
auctores Latinos *paganī* dicebantur. Postea à
Iureconsultis translatum est nomen ad signifi-
candos eos qui essent, militia ascripti; vnde fre-
quentē leges distinguiunt milites à pagani, hoc
est, à non militariis, qui aliis ad bella migran-
tibus domi manerent, & pagos habentiam, &
ipsa v̄bes in pagos, id est, regiones diuideban-
tur. Hinc teste Hieronymo, & aliis, Ecclesiæ Pa-
tres ethnicoce cōp̄ere appellare *paganos*. Hoc est
militia Christiana non ascriptos: quod etiam
placuit Alciato, Connano, & aliis apud Azorium
vbi supra, qui licet id non probet, postea tamen
approbavit; sumpt̄a non leui concūct̄ ex nar-
ratione Theodoreti lib. 3. hisp. c. 2. dicentes, Con-
stantinum pugnaturum cōtra Maxentium evan-
num, voluisse milites omnes ad bellum difficili-
limum sacro baptis̄mū suscep̄t̄ pro preparati: eos
verò, qui recusat, immunes à militia domos
suis sedire iussos. Vnde credibile est eos omnes,
qui Christiana sacra recularent, cōp̄isse dici
paganos; neque enim ante illud tempus *Paganī*,
nomen ingenuum in hac infidelium significati-
ōe usurpatum. Sic etiam *gentiles* dicit̄ sunt,
eo quod Iudei nationes omnes, p̄ter suam
gentes, seu *gentiles* appellabant. Frequenter etiam
vocantur *Ethnici*, grāconimur vocabulo ab
ibidem quod gentem significat, & hac sufficiant
de voce praeoniale.

Hoc supposito, Prima difficultas est, quomodo

hæ tres species infidelitatis distinguantur inter Quomodo hæ-
se. Aliqui enim volunt distinguiri ex parte subiecti: tres species
infidelitatis
distinguuntur
inter se.

nam ille, qui fidem nulla ex parte suscep̄t̄ dicit̄
paganus; qui verò ex parte suscep̄t̄, nempe
quoad legem Moysis, seu vetus testamentum, &
reicit̄ fidem Christi, dicit̄ Iudeus: qui deni-
que suscep̄t̄ fidem Christi, seu nouum testa-
mentum; & adhuc errat in aliqua parte dicit̄
hēreticus. Quod cum tanto rigore aliqui intel-
ligunt, vt dicant, cum solū esse hēreticum,
qui verā Christi fidem suscep̄t̄, & postea quoad
aliquid eam deserit; quo paſto loqui videtur
Caietan. & Bañes *dito art. 5.* Quem tamen sensu
aliij meritè reicunt, Suarez in *prefensi dis-*
16. sect. 4. num. 5. Lorca *dito art. 5. num. 6.* Co-
ninch *disput. 18. num. 59.* Hurtado *disput. 7. 1. §. 11.*
& alij communiter. Primo quia filii hēreticorum
in heresi educati nunquam receperunt veram fidem Catholicam, & tamen sunt verè hēretici,
postquam fidem Catholicam sufficiēt̄ proposi-
tam respūnt. Secundo arguit idem Suarez *n. 9.*
quia Catechumenus, qui ab hēreticis catechiza-
tur & imbibit eorum errores, est verè hēreticus
etiam antequam bap̄tizetur: est enim infidelis, &
non est paganus, nec Iudeus: & tamen ipse nun-
quam veram fidem suscep̄t̄. Tertio quia Catho-
licus, qui postea ad Turcam, vel Iudeorum fe-
ctam transt̄, non sit hēreticus, sed paganus, vel
Iudeus; & tamen veram Christi fidem prius sus-
cep̄t̄, ergo non est hēreticus, omnis qui à ve-
ra fide suscep̄ta deficit.

Ipse verò Suarez *num. 4. & 10.* videtur, ad di-
stinguenda hæc tria membra, recurrere ad scrip-
tūrā sacram, receptam, vel non receptam, ita vt
Paganus sit, qui neutrum testamentū recipit;
Iudeus, qui recipit vetus, & reicit̄ nouūm hē-
reticus qui recipit etiam nouūm, sed adhuc er-
rores aliquos retinet. Hanc tamen distinctionē
impugnat Hurtado ybi supra *§. 15.* Primo, quia
Mahometani, seu Saraceni plerique admittunt
Pentathecum, circumcisōem, & tamen non
sunt Iudei, sed cum pagani computantur. Nec
obstat, quod non admittant libros prophetarum
vereri testamētū, quia saltem admittunt illos
alios libros, quod sufficit ad extrahendos illos à
Paganismo; sicut exrahitur à Iudaismo hēreti-
cus, qui admittit partem noui testamētū, licet
non admittat omnes eius scripturas. Secundo,
quia potest hēreticus reicere totū nouūm te-
stamentū, vt à Manichæis factū esse dicit Mal-
donatus, in *prefat. ad Euangelia*, c. 2. & tamen
credere Christum venisse, & fuisse Redemptorem,
&c. hic certè non erit paganus, cū credat
Christum, & in Christum, & ob eandem ratio-
nem non erit Iudeus: erit ergo hēreticus, licet
non admittat nouūm testamentū.

Propter hæc idem Hurtado *§. 18.* dicit, hanc
diuīsionem non esse Metaphysicam, sed mora-
lem, inducāt̄ ad commōdē ferendum leges di-
uerſas contraria diuersos gradus infidelium, & ad
economiam Ecclesiasticam, diuersa enim leges
staruntur circa Iudeos, vel Paganos, vel hēreti-
cos. Iudeorum ergo nomine Ecclesia intelligit
omnes non baptizatos, qui circumcisione, & aliis
ritibus Mosaycīs vēntur. Rursus baptizatos
omnes, quomodo cūque à Catholica fide de-
vient, vocat hēreticos: Paganos autem vocat
alios omnes infideles, qui nec baptizati sunt, nec
circumcisōe, & ritibus Iudeis vēntur, in quo
sensu diuīsio est exacta, & ad aqua.

Hic

64

Hic modus explicandi re ipsa incidit in opinionem illam Caetani; & aliorum supra relatorum, qui dicebant, has differentias, defumendas esse non ex obiecto, sed ex subiecto, in quo prius recepta fuerat, vel non fuerat fides Christi: quam explicationem Lorca loco *suprà citato* dicit indignam esse, quæ ascribatur S. Thomæ, & ipse Hurtado §. 13. dixerat esse, homine Philopho indignam: & tamen ipse postea, licet non recurrat ad hoc, quod fides suscepit antea fuerat in subiecto, recurrat tamen ad aliam conditionem etiam præteritam ex parte subiecti, nempe quod baptismum antea suscepit, ut sit hereticus, vel quod suscepit circumcisionem, ut postea dicatur Iudeus. Quare eisdem argumentis refici potest; quia licet ante circumcisionem vitem crediderit, & ritus Iudaicos; si tamen postea circumcisionem, & omnes alios Iudæorum ritus detestetur, & transeat ad Ethnicos, fall' olsque Deos colat, iam nunc eiusdem proflus sectæ; ac religionis est cum Ethnici, quorum omnes ritus profiteruntur; ergo eius infidelitas præses non pertinet ad Iudaismum, sed ad Paganismum, & ita omnes communiter dicunt illum ex Iudeo factum Gentilem, vel Mahomgranum. Quod idem est de Christiano baptizato transeunte ad Iudaismum, vel Gentilismum: non enim dicimus factum esse hereticum, sed Iudeum, vel Gentilem, cum idem proflus sentiat, & eandem religionem profiteatur, quam Iudei profiteruntur, vel Gentiles. Fateor, hunc ratione baptismi suscepit, subiici Ecclesiæ correctioni, & penitentia, quibus non subiacent non baptizati: hoc tamen non arguit diuersam infidelitatem, sed eandem puniri ab Ecclesia in uno, quia eius subditus est, & non in alio, qui non est eius subditus: sicut etiam Princeps punit penitentiæ reum homicidij sibi subditum, qua penitentia non punit reum ciuidem criminis, qui non est eius subditus.

65

Confirmatur primò, ex communi loquendi modo, quo hereticos appellamus eos, qui solum circa veram baptismi formam erant, & ideo verum baptismum non suscipiunt, quoad reliqua vero Christianam religionem profitentur, & acceptant. Sic enim Paulianista, qui verum baptismi ritum non seruabant, heretici tamen vocabantur, ut constat ex Hieronymo dial. contra Luciferianos circa finem, & Innocentio I. epist. 22. cap. 5. & excepti fuerunt à regula communii, de non rebaptizandis iis, qui ex heresi conuertuntur, quia hi heretici carebant vero, & valido baptismo: sic etiam hodie Anabaptista, qui non nisi prouecta valde ætate baptizantur, dicuntur heretici etiam ante baptismum suscepimus, ut notauit Coninch *vbi supra* num. 59.

Confirmatur secundò, quia Christianus baptizatus est contra, si ad gentilismum transeat, nunquam à sanctis Patribus hereticus appellatur, sed Apostata: sicut Julianus Imperator Apostata dictus est, non hereticus, & alij similes: & in universum regulam vniuersalem constituant, quod hereticus non est, qui Christum omnino negat: sic enim dixit vniuersaliter Ambrosius lib. 7. in Lucam: *nemo hereticorum Christi nomen negat*. & Gregor. lib. 20. moral. cap. 9. dixit, hereticos sub nomine Christi contra Christum militare. Qui ergo Christum negat omnino, nec sub nomine Christi erat, non appellatur hereticus, licet baptizatus fuerit, si ad ritus, & festas Paganorum, vel Iudeorum omnino transeat.

Ego itaque opinor, differentiam inter haec tria membra, non esse attendendam ex eo, quod homo suscepit, vel non suscepit baptismum, vel circumcisionem, sed ex parte obiecti negati, & crediti: addo tamen, ut diuisio sit adequa, & membra ad inicium sint conditicia, debere tamen hanc non omnino metaphysicè considerari, sed cum aliqua moralitate pendente ex arbitrio prudentis viri. Primum partem declaro, & dico, ludæum in hac diuisione appellari eum, qui legem, & ritus Iudaicos profiteretur: hereticum vero eum, qui profiteretur religionem Christianam, & adhuc non totam eius fidem tener: paganus denique eum, qui neutrā religionem profiteretur, in quo sensu diuisio est adæqua: nulla enim infidelitas repertitur, quæ ad aliquod ex illis membris non pertinet: loquimur autem nunc de hereticis in latiori significacione, non strictè de eo, qui pertinet ab Ecclesia penitus hereticorum. Ad hos enim aliae conditions examinanda sunt, ut patrismus suscepimus, pertinacia contra Ecclesiam, & alia de quibus infra disp. 20.

Dixi autem attendi hanc differentiam ex parte obiecti negati, & crediti, quia ad ferendum in dicum de singulis actibus infidelitatis seorsim, imò & de omnibus simul, non sufficit considerare quale obiectum nostræ fidei per illos actus negatur, sed oportet etiam considerare, quid aliud de obiectis nostris fidei homo illi credit, vel non credit. Nam omnia, quæ Iudeus negat de nostra fide, negat etiam Paganus gentilis; & tamen infidelitas vnius pertinet ad Iudaismum; alterius vero ad paganismum. Illa ergo infidelitas Iudei, quæ negat dogmata nostræ fidei, non habet denominationem Iudaismi præcisæ ex obiectis, quæ negat: nam etiam etiam obiecta negat Paganus, sed etiam ex obiectis, quæ Iudeus credit, seu non negat, & ideo est Iudaismus quæ negat etiam dogmata, & idem homo credit alia etiam dogmata nostra, quæ qui gentilis non credit, id est infidelitas, in qua conuenit cum Iudeo non vocatur in gentili Iudaismus, sed gentilismus, seu paganismus partialis. Et in hoc sensu concedi potest, quod differentia inter has infidelitates desumitur aliquando ex parte subiecti: nimirum comparando infidelitatem Iudei cum infidelitate pagani, quæ præcisæ negat, quod Iudeus etiam negat, non differt ex parte illius infidelitatis, sed ex subiecto negante, vel non negante alia dogmata: si tamen comparet tota infidelitas Iudei, cum tota pagani, differunt etiam ex parte obiecti, cum tota infidelitas pagani terminetur ad plures errores contra fidem nostram, quam infidelitas Iudei. Quod idem etiam inter diuersas hereticorum sectas appetat: nam Arianismus, quatenus præcisæ negat supremam potestatem Pontificis Romani, non differt à Lutheranismo, quatenus eam negat, ex parte huius obiecti negati: differt tamen ex parte aliorum articulorum, quos negat Lutheranismus, & Arianismus non negat, sed credit, & è contra: & ideo singuli errores Lutherani pertinent ad Lutheranismum, & singuli errores Ariani pertinent ad Arianismum, quia obiectum adæquatum vnius differt ab obiecto adæquo alterius.

Vt autem melius adæquatio diuisiorum, & distinctionis ad inicium harum trium infidelitatum demonstraretur, oportet explicare secundum, quodam partem conclusionis, & offendere quomodo aliquid admittendum sit moralitatis ad eam significare.

rificandam. Diximus enim paganum v. g. dicitur, qui nec ritum Iudaicum, nec Christianum profiteretur. Potest autem contingere, quod aliquis negans fidem Christianam profiteatur aliquid ex ritu Iudaico; sed ita parum, ut moraliter id non sufficiat ad hoc ut dicatur profiteri Iudaismum. Sic enim Mahometani circumcidunt et surpant, & abstinent carnibus porcisis, non tamen eorum infidelitas dicitur simpliciter Iudaismus, sed Paganismus, quia illa pauca non sufficiunt, ut dicantur moraliter profiteri sectam Iudeorum: sicut etiam idem Mahometani faciunt, Christianum fuisse hominem sanctum, & Prophetam, quod quidem Iudei negant, & Christiani faciunt: id tamen non sufficit, ut dicantur haeretici, quia non sufficit, ut dicantur profiteri religionem Christianam. Cum enim Iudaismus, v. g. contineat plurimos ritus, & confiteatur plures articulos, denominatio Iudei non debet sumi ex uno, vel alio ritu iudaico, sed ex maiori parte, & ex substantialibus illius religionis. Si autem aliqua secta introduceretur magis a paganismo distans, quam Mahometani, & plura ex Iudaismo accipiens, tunc arbitrio prudentis iudicandum erit, ut pertinet ad Iudaismum, vel ad Paganismum, & ideo diximus, aliquid moralitatis debere mercari, ad condiscendendas has tres infidelitates, & collocandas singulas infidelium sectas, in aliqua ex his tribus classibus infidelium. Quod idem necessarium esse poterit, ad discernendum, an secta aliqua pertinet ad haresim, an potius ad Iudaismum, vel Paganismum: poterit enim misere adeo pauca ex Christianismo, & adeo multa ex Iudaismo, ut potius pertineat ad Iudaismum, quam ad haresim, vel è contra; solùm posse esse difficultas; si aliqua secta ex aequo miscererit, ex Iudaismo, & Christianismo, vel ex Iudaismo, & Paganismo ad quam ex his tribus classibus reducenda esset. Sed hic nec unquam positus est, nec moraliter yderut ponendus: & congruitatem huius divisionis in predictis tres classes, satis est, quod apta sit ad condiscendendas infidelitates, quæ de facto sunt, & quæ moraliter occurrere possunt: cum tota hec divisione magis sit doctrinalis, quam metaphysica, & potissimum fuerit inducta ad distingendas leges contraria infideles latas, & instructiones necessarias ad eos coniungendas, vel corrigendas.

69 Hinc infero primò, quid dicendum sit de illo, qui recipit nouum testamentum, non tamen vetus: hic enim propriè erit haereticus, qui recipit religionem Christianam, secundum ea, qua sunt propria religionis Christianæ, & continentur in novo testamento: imo etiam nec nouum testamentum admitteret: si tamen Christianum admitteret, & præcipua dogmata Euangelij, non ut contenta in scripturis, sed ut per traditionem habita, adhuc esset proprie haereticus, quia sub Christiano nomine errores profiteretur. Et quidem ante quam quidquam novi Testamenti scriberetur, iam erant plures Christiani, & fortasse ex eis orti iam erant aliqui haeretici; unde professio ipsa religionis Christianæ absque receptione Scripturarum sufficit ad constitendum hominem haereticum, si ex parte à Catholica fide pertinaciter erret.

70 Infero secundò idem esse de eo, qui vetus Testamentum negaret; sed tamen profiteretur legem Iudaicam, quasi ex traditione à Deo acceptam: hic enim etiam pertinet ad Iudaismum, Card. de Lugo de virtute Fidei diuina.

propter eandem rationem. Vnde quando S. Thomas dicit art. 5. probat hanc divisionem ex eo, quod omnis infidelis vel renititur fidei nondum suscepit, & pertinet ad paganismum, vel renititur fidei Christianæ suscepit in figura, & pertinet ad Iudaismum, vel denique renititur fidei Christianæ suscepit in ipsa manifestatio veritatis, & tunc pertinet ad haresim: hac inquam ratio non debet ita intelligi, ut ad Iudaismum necessaria fuerit recipere figuræ fidei Christianæ, propterea contentas in veteri Testamento; sufficit enim eas recipere propter etiam per traditionem habebantur: sic etiam & ad haresim sufficit recipere fidem Christianam, propter à Deo, licet non recipiatur, propterea manifestatur per scripturas: ubi obiter nota, per fidem susceptionem, quam S. Thomas præexigit ad Iudaismum, vel haresim, non intelligit, ut supra dicebamus, quod homo ille veram fidem Catholicam aliquando antea habuerit, sed quod tunc quando habet haresim, admittat fidem Christianam, quoad alia præcipua dogmata etiam ea non credit fide supernaturali, sed humana; & similiter ad Iudaismum sufficit ritus legis Iudaicæ profiteri, & suscepere tunc quando fidem Christianam respuerit.

Infero tertio, hanc divisionem potuisse etiam locum, cum proportione debita habere, ante euangelium, & in statu legis antiquæ, tunc enim ^{Supradicta} divisione infideles ^{divisione infideles} latus an posse si Iudeus fidelis postea in errore aliquam contra suam fidem incideret, fuisset in rigore hæresis, hoc est: in quo puncto Suarez dicit a sect. 4. n. 19. ante Euangelium & 12. licet bene afflaret contra Barnes dicit art. statu legis 5. Iudeum illum tunc non incidisse in infidelitatem iudaismi, sed in haresim, si ab aliquo solùm articulo deficeret; si vero à tota lege, & eius fide, incidisse in Paganismum: ratio tamen quam reddit num. 11. non placet. Dicit enim divisionem hanc magis abstracto modo intelligendam esse, ut omnis ille, qui nullam revelationem Dei sibi propositam suscepit, dicatur Paganus; qui vero revelationem propositam expressam partim reicit, partim credit latenter materialiter, dicatur haereticus. Quare Iudeus tunc potest fieri haereticus, negando aliquem articulū ex propositis tunc sibi expressis. Non tamen erat tunc infidelitas illa, quam nunc appellamus iudaismum, quia non poterat tunc peccari, negando aduentum Christi, admissa fide Christi in figura.

Hic tamen explicandi modis non placet, ut dixi, quia non est verum, vniuersaliter loquendo, esse haereticum illum hominem, qui revelationem sibi expressè propositam partim suscepit, & partim respuit: nam ante aduentum Christi, si aliquis ex Iudeis transiret ad populum gentium, & crederet unitatem Dei, & negaret immortalitatem animæ, & alia dogmata omnia, & alia, non esset propriè haereticus sed paganus, etiam unitatem Dei crederet, per traditionem ortam ex prima Dei revelatione, propterea nunc de facto credunt Mahometani, qui certè non omnes cognoscunt unum Deum ex creaturis, sed id credunt ex traditione, & fide humana orta ex revelatione Dei, & deriuata vñque ad Mahometum; & tamen iij negantes Christi divinitatem, & divisionem Dei futuram, & redemptionem per Christum, & alia huiusmodi, non dicuntur haeretici, sed pagani. Sic ergo potuit tunc contingere, nam multi ex populo gentilium, fidem habebant de Deo uno, & remuneratione, imò & de futuro aduenta Messie, ut constat de S. Job, & aliis, qui

in ea fide, & lege natura salutem consequebantur: si ergo aliquis Iudeus reliquo Iudaismo, sed retenta credulitate vnius Dei, negat etiam alios articulos, de aduentu Christi futuro expresse sibi propositos, non deberet dici hereticus, sed paganus, prout nunc Mahometani dicuntur pagani, licet confiteantur vnum solum Deum, ergo ad heresim non sufficit retinere partem fidei expresse propositæ, & partem respuere, sed aliquid veterius addendum est.

73

*Regula S.
Tome ad di-
stinguendas
species infide-
litatis.*

Possumus ergo dicere, nunc de facto has tres infidelium clades bene distingui per illam regulam sancti Thomæ, nempe per renitentiam ad fidem non susceptam, vel ad fidem susceptam in figura, vel ad fidem susceptam in manifestatione veritatis. Sed in primo membro per fidem non susceptam, non debet intelligi, quod nihil à Deo revelatum suscipiat, sed in iis tribus membris, fides, significat statum quandam fidei, de redemptione per Christum futura: quæ quidem fides constituebat statum Legis naturæ, & fideles illius temporis coniungebat in unitatem fidei: postea in statu legis scriptæ, fuit fides Christi in figuris quatenus lex illa constituebatur per ritus, & sacrificia, & alia multa, quæ omnia Christum, & eius redemptiōnē futurā p̄figurabant. Deniq; in lege noua eadē fides Christi præsē posita est in manifestatione veritatis expresse. Pagani ergo dicuntur, qui non suscipiunt fidem de Christo, etiā prout in statu antiquo proponebatur. Iudei, qui eam suscipiunt, & vtuntur ritibus Christi redemptoris p̄figuratis, quoad fidem tamen eadem erat fides Iudeorum, & gentilium fidelium, & utriusque eadem credere tenebantur, nam gentiles fideles licet non tenebant ritibus Iudeorum, debebant tamen credere omnia, quæ Iudei credebant, siis sufficienter proponebantur: quare utrumque infidelitas tunc ad eandem classem pertinebat, si deficiebant à vera fide. Nam si negabant redemptiōnē futuram per Christum, aut alia, quæ cum ea redemptiōne habebant necessariam connexionem, utriusque fiebant pagani; si verò negabat alia minoris momenti retenta saltē materialiter fidē Christi venturi; utriusque fiebant non pagani, sed heretici; quia retenta fide de Christo, erroris resalios temebant. Nam heretici nomen abstrahendo ab hoc, & alio tempore usurparūt ad eos solos significandas, qui suscepta professione fidei veræ de Christo, alios errores miscent. Tunc ergo heretici erant, quicunque sub professione Christi redemptoris futuri (quæ tunc erat vera Christi fides) alios errores habebant; quales erant Saducæi, negantes resurrectionem, & alij similes. Nunc autem, quia vera fides Christi, est solùm de Christo iam præsenti, ideo heretici illi soli dicuntur, qui refuta confessione Christi, non futuri, sed præsentis, & redemptiōnis factæ, alios errores tenent: semper ergo idem fuit formale significatum huius vocis (heretici) licet pro mutatione status, variarūt fuerit materiale significatum illius, quia nunc sola fides euangelica, est vera fides de Christo, quare sub sola illius professione dari potest heres: semper tamen fuit paganismus eorum, qui Christum non agnoscerent, & heres eorum, qui sub professione eius fidei, quæ tunc erat fides vera de Christo, alios errores miscebant.

74

*Iudaismus an
semper fuerit,*

Dubium ēesse posset de infidelitate media, quæ semper fuerit, nunc est Iudaismus, an semper fuerit, an vero

ante aduentum Christi essent solūm duæ clades, infidelium, nempe paganorum, & hereticorum, adnam iudaismus tunc non continebat infidelitatem, sed professionem veræ, & Catholice fidei. Adhuc tamen dicere possumus, diuisiōnem hanc potuisse haberi statum medium tenuis clavis media inter Paganismum, & heresim. Nam sicut nunc Iudaismus est clavis media diffinita à Paganismo, qui nihil credit de Christo, & diffinita ab heresi, quæ credit verè Christū venisse, Iudeus autem credit Christum, sed venturum; ita ante aduentum Christi poterat Iudeus esse, credendo falsò Christum venisse, qui error evanheret à iudaismo in quo Christus credebat, & creditur venturus, & non transference Paganismum, quia crederet Christum promissum cedemprorem, atque adeo fieret classem medianam correspondentem Iudaismo præsentem, que clavis nunc nō habet nomen proprium: differret tamen à paganismo, & heresi, sicut nunc Iudaismus differet ab illis. Nam sicut nunc Iudeus falso credit Christum venturum, quem heretici verè confitetur venisse; ita tunc illa infidelitas media falso crederet Christum venisse, qui Iudei, heretici, & Catholicī verè crederent venturum; atque ideo secta illa fortasse appellata fuisset Christianismus. Vel alio nomine derivato a nomine illius hominis, quem ciui sectatores crederent esse Christum. De re autem confusa illa fore infidelitatem medium inter heresim, & Paganismum, quia non minus differet à Iudaismo, quam nunc ab eisdem Iudeis differant Christiani, atque etiam heretici: nam Christiani, de facto differunt potissimum à Iudeis, quod credant ve- nisse Christum, quæ illi credunt venturum. Hæc autem differentia tunc etiam fuisset, cum hoc solo discrimine, quod nunc Christiani hoc verè credunt; quod tamen tunc sectatores illius secta falsò crederent, quod non videatur augere, vel minuere differentiam: nam licet per impossibile Christiana nostra religio falsa nunc esset, non ideo minus differeret à Iudaismo ex parte obiecti atque ideo nos non essemus solūm heretici respectu Iudeorum, sed essemus infideles ita à Iudeis distantes, sicut Iudei nunc distant à nostra vera religione, quæ est distanta maior, quam hereticorum, cum non errant intra eandem professionem de Christo.

Dices, infidelitas illa tercia, tunc solūm reniteretur fidei suscepta in figura, cui etiam centreretur heres: Iudei heretici, & non fidei manifestata in veritate: ergo magis differet nunc heres, & Iudaismus ex quibus heres tenuit fidei secundum veritatem manifestatam, & Iudeismus solūm fidei, secundum figuram susceptæ, quam tunc differenter heres mera, & infidelitas illa tercia credens Christū iam venisse. Respondeo eandem fore tunc differentiam inter illas tres infidelitates, quæ nunc est etiam iuxta regulam S. Thomæ. Nunc enim iuxta S. Thomam differunt, quia Paganismus opponitur fidei nullo modo suscepta; (hoc est, ut diximus, fidei Christi.) Iudaismus fidei Christi suscepta in figura, & heres fidei Christi suscepta secundum manifestatam veritatem: hoc est, suscepta, quæ potest profiterur Christum iam in veritate manifestatum esse. Tunc autem tenuiderit tres status possumus considerare in fide, cui opponetur tres illa infidelitates. Nam Paganismus opponetur fidei de Christo venturo, nullo modo à Pago-

suscepta

suscepta: infidelitas vero illa media asserens Christum iam venisse, opponeretur eidem fidei vera de Christo venturo, suscepit ab illo fidem, saltem secundum figuram, & promissionem factam: hanc enim promissionem factam, & figuram praecedentes non negaret, sed recipieret ille infidelis, & pseudochristianus; sicut non negamus, sed recipimus veri Christiani: opponeretur ergo eius infidelitas fidei Christi venturi, suscepta secundum figuram. Denique haeresis mera Iudei haereticorum, opponeretur eidem fidei Christi venturi, suscepta ab illo haereticorum, etiam secundum negationem manifestationis veritatis, seu quatenus negat Christum venisse, que negatio manifestationis veritatis constitueret tunc statum ultimum illius fidei, sicut nunc manifestatio veritatis constituit ultimum statum fidei nostrae. Clarius, & brevius, nunc tres infidelitates, ut supra diximus, differunt ex parte obiecti totalis, quia Paganismus negat omnino Christum; Iudaismus negat solum venisse; haeresis utrumque admittit, & negat alios articulos. Sic etiam tunc different tres illae infidelitates ex parte obiecti totalis: Paganismus negaret omnino Christum; infidelitas media Pseudochristianus, negaret solum Christum venturum: haeresis denique neutrini negaret, sed utrumque affirmit, & negaret alios articulos; essent ergo tunc eadem tres classes infidelium, mutato nomine classis media, que nunc est Iudaismus in *Pseudochristianismus*, qui affirmaret falsum Christum iam venisse, sicut nec Iudei falsi affirmant Christum adhuc venturum.

76
An eadem
tri infidelit
dels potue
nt inueniri
in lege nat
urale

Infero quartu[m] eisdem tres infidelium classes posse inueniri in statu legis naturae, in quo ut ex superioribus suppono, fideles etiam credebant venturum reparatorem, & redemptorem; sive fides illa necessaria esset necessitate medij sive solum praecipi, Paganus ergo esset, qui Christum, seu reparatorem venturum non crederet, vel aliquid cum eo articulo connexum: haereticus vero, qui circa alios articulos non connexos erat, v.g. circa corporum resurrectionem: media autem infidelitas esset sicut diximus numero praecedenti, que negaret reparatorem venturum, & diceret iam venisse, quod eisdem rationibus probatur, quibus probatum est in statu legis scriptae.

77
Quid dicen
dus de Pbr
logio cre
dente effervu
Dum, qne
gante alios
arciendis fo
dat

Infero quintu[m], quid dicendum sit de Philosopho credente esse unum Deum, & negante alios articulos nostrae fidei. Respondeo enim ex dictis, illum. Paganis annumerari, non solum, si unum Deum, ex ratione solum naturali, & ex creaturis cognoscatur, sed etiam, si per traditionem id accepterit, quia ex prima Dei revelatione ortum habuerit. Nam ut supra diximus, ut aliquis inter haereticos, vel Iudeos numeretur, non sufficit in uno, vel alto articulo cum eis conuenire, sed debet concinere, quoad substantialia: potissimum autem substantia Iudaismi est credere Christum venturum: sicut & Christianismi credere Christum venisse: qui ergo neutrini crederet, nec Iudeus esset nec Christianus, atque adeo nec haereticus, sed Paganis anumerandus, prout nunc anumerantur Mahometani, qui unum solum Deum confitentur, & quorum plures non ex ratione naturali, sed ex traditione id tenent, que fortasse ortum habuit a revelatione Dei, atque ideo fide naturali potius quam ratione Deum unum solum confitentur. Quod magis verisimile est, si, ut dicunt, totum etiam Pentatheucum recipient, Card. de Lugo de virtute Fidei diuina.

Cum tamen Christum redemptorem venturum, aut venisse negent, numerantur cum paganis, qui Christi fidem nullo modo recipiunt.

78
Atheismus
ad quam fide
citem infidelit
tatu perti
neant

Infero sexto Atheismum etiam in homine baptizato non pertinere ad heresim, sed ad paganismum, cum non magis suscipiat fidem quam Paganus, immo minus credat de Deo, quam Ethnici idololatras, qui ad minus non negant aliquid numen. Magis dubitari potest de Antichristo, & eius assecis, ad quam infidelitatis classem pertinet corum infidelitas. Nam Suarez in *presenti dicta diff. 16. sect. 4. in fine*, breuiter dicit, infidelitatem illam Antichristi, & suorum ad Iudaismum pertinere. Hoc tamen limitatione indiget nam si sermo sit de doctrina illius, qua negabit Christum Dominum filium Messiam, sed legem Moysis adhuc durare, cuique obseruantia a iuis exiget, & tandem se verum Messiam promissum esse perfidiebat: haec quidem doctrinam infidelitatis Iudaismi continet, quatenus suscepta fide Christi in figura discedit a vero Christo, & negat cum ante illa tempora venisse: ipse tamen Antichristus non habebit interiori hoc infidelitatis genus, nec crederet se esse verum Messiam, sed erit foras Arthus, & Paganus in corde ut putat idem Suarez 2. tom. in 3. part. diff. 54. sect. 4. §. *Hinc colligitur 1.* Vnde nec semper eius assecis infidelitate Iudaismi retinebunt, si credimus eum Auctori illi dicenti, quod post obtentum regnum, & dominium, larum deponet, & verum Deum negabit, Moysis legem contemnet, Ieque solum adorari iubebit: ipse vero in occulta Demonis idolum colerat, quo regnum, opes, & concussum, ad mirabilia patranda obtinebit, quibus homines seducat, & abducat ad eum solum collendum, & venerandum: quare iam tunc eius affectus magis erunt pagani, quam Iudei.

Hinc denique facile erit iam dissoluere aliqua, que contra hanc trimembra divisionem obiciuntur. Primum obicitur, quia sicut haeresis distinguitur a Iudaismo, ex eo quod haereticus suscipiat fidem contentam in veteri testamento, & haereticus recipiat utrumque testamentum, sic etiam deberent distinguiri duæ classes infidelitatis, quarum una recipiat dimidium testamenti veteris, & altera recipiat totum illud. Respondeo ex dictis divisione hanc non attendi secundum partes scripturae, que recipiuntur; sed ex Christo recepto, vel non recepto, ut explicuimus: sive ergo recipiat totum testamentum vetus, sive parvum, sive etiam nihil; si tamen aliquis recipit Christum promissum, & negat venisse, pertinet ad Iudaismum: sicut est contra, si recipiat verum Christum redemptorem, qui iam venit, & erret circa alia, est haereticus, sive recipiat totum novum testamentum cum veteri, sive solum novum, sive parvum solum illius, sive nihil: sufficit enim errare sub nomine Christiano, & sub confessione Christianam praesentis, ut a Iudeo, & Paganu distinguatur.

Secundum obicitur, quia si aliquis confiteatur Christum, negat tamen omnem revelationem externam, & dicat omnia reducenda esse ad spiritum, & instinctum internum, & ideo se credere Christum, quia spiritus internus id dicit, hic non erit Iudeus, nec Paganus, ut constat, sed neque etiam erit haereticus, cum nullam revelationem recipiat; ergo pertinet ad aliam quartam infidelitatis classem; vel dicendum erit, ad haereticum solum attendi, an infidelitas sit in ho-

S 2 min

mine baptizato: ita arguit Hurtado *dicta disp. 71.*
§. 17. Respondeo illum esse propriæ hæreticum,
ad hæresim enim pertinent omnes, qui recipiunt
fidem Christi manifestati in veritate, & iam præ-
fentis: quando autem dicimus hæreticum reci-
pere fidem Christi, non est sermo de fide vera, &
formali, sed de fide materiali, & obiectiva; hoc
est, recipere Christum, quem vera fides Christiana
credidit, & docet, etiam si illum non recipiat per
verum actum fidei diuinæ; inquit certum est hæ-
reticum non recipere Christum per veram fidem
diuinam, cum nullum habeat actum fidei, ut su-
præ vidimus. Sic etiam ad Iudaismum pertinet,
qui recipit fidem Christi in figura, & tamen cer-
tum est, Iudæum non exercere verum actum fi-
dei diuinæ circa figuram Christi, & verus Testa-
mentum. Sicut ergo ad Iudaismum sufficit recipi-
re fidem Christi in figura, materialiter, & obie-
ctuæ, id est, confiteri, id quod confiteret fides
Christi in figura, licet id non credit per verum
actum fidei, ita ad hæresim sufficit recipere ma-
terialiter, & obiectivæ fidem Christi manifes-
tam in veritate, id est confiteri, Christum præsen-
tem, quem confiteret vera fides Christiana, licet
id ab hæretico non creditur per verum actum fi-
dei diuinæ. Neque ex hoc sequitur Philosophum
sequentem unum Deum, quem ex creaturis ra-
tione naturali arguit, non esse Paganum, cum
iam credit idem obiectum, quo credit fides, li-
cet id non credit per actum fidei, sed per dictum
ex ratione naturali. Hoc, inquam, non sequi-
tur, quia Philosophus ille nullam fidem etiam
obiectivam recipit de Christo: diximus autem
cum, qui omnino negat Christum etiam in figura,
pertinere ad paganisum.

81
Obiectio 3.

Tertio obiecto idem Hurtado ibi, quia potest
aliquis credere Christum venisse, & esse Deum,
similique colere alios Deos; ut ferè de Tiberio
Cæsare fertur: hic ergo erit mixtus ex Christianis-
mo, & Paganismo, & pertinebit ad aliam in-
fidelitatem cladem. Respondeo, Tiberio, & si
quis aliis similis inueniatur, Paganum fuisse: non
enim agnouit Christum Deum, nec etiam Christum
Dei, cum non attribuerit Deo veram diuini-
tatem, sed fictam, & nihil de diuinitate haben-
tem: sicut etiam Philistæi, & alii gentiles, qui
Deum aliquem Hebræorum esse dicebant, illum
tamen non agnoscebant ut verum Deum; sed ut
vnum ex aliis Diis, qui eo ipso, quod plures
erant, nullus erat Deus. Ad hoc ergo, ut aliquis
non annumeretur Paganus, necesse est, quod Christum
vel futurum, vel præsentem facatur, Christum,
inquam, Dei Filium, sive consubstantialem,
ut fides catholica agnoscat, sive non con-
substantiale, ut Atius ponebat; sed tamen qui
sit Christus Dei veri, ab eo ad salutem mundi
mittendus aut missus, à qua existimatione longè
aberat Tiberius, & si quis fuit similis, cum nul-
lum verum Deum agnosceret, sed plures fictos
cum essentia repugnante diuinitati.

82
Obiectio 4.

Quarto obiecto, quia dubitans de fide ad nul-
lam ex illis tribus classibus spectat. Respondeo
facile, eo modo, quo dubitans in fide, est infide-
lis, reduci ad aliquam ex illis classibus: est enim
quid commune ad omnes illas: nam si dubitas
totaliter de fide Christi etiam in figura, pertinet
ad Paganisum; si vero dubitet, an Christus ve-
nerit, pertinet ad Iudaismum; si vero de hoc non
dubitetur, sed de aliis, est hæreticus. Quod idem
cum proportione dicendum est de apostasia, quæ

etiam est quid commune ad Paganisum, & Ju-
daismum, & hæresim, solumque ex parte tem-
bitam, & postea desertam, de quo tamen dicimus
sest, sequenti.

His ergo suppositis circa explicationem, &
sufficientiam huius diuisionis; secunda difficultas
principalis esse solet; An posse aliquis con-
trahere duas vel omnes illas infidelitates, ita ut
sit Paganus, Iudæus, & hæreticus. Non est autem
dubium, quin successuè id fieri possit simul verò
esse non posse constat ex dictis, quia Paganisus
cum excludat Christi confessionem, cuam in fi-
gura non potest esse cum hæresi, que Christum
expresè confiterit, nec cum Iudaismo, qui cum
confiteretur faltem in figura: similiter Iudaismus,
qui Christum venisse negat, non potest simul
esse cum hæresi, cum hæretici non sint, qui Chi-
stum venisse non confiteruntur. Dubium est de lo-
do, qui simul negaret Thobianum habuisse fi-
lium, aut necessaria esse boni opera ad salutem:
nam quatenus hoc negaret eius infidelitas non
pertinet ad Iudaismum, cum Iudei etiam hoc
confiteantur, ergo pertinet ad hæresim, anque
adeo esset simul Iudæus, & hæreticus. Suaræ
dicta n. 13. dicit, per se non posse id contingere,
posse tamen per accidens, ex conscientia erronea,
quem modum loquendi imitatur etiam Hurtado
dicta disp. 71. §. 18. in fine: fed vix intelligo quorū
sum hī sermo fiat de conscientia erronea. Quæ
enim conscientia erronea requiritur, ut peccet
contra fidem, qui negat necessitatem bonorum
operum ad salutem: nam conscientia erronea, est
dictans obligationem, ubi non est, vel eam ne-
gans ubi est, in hoc autem casu conscientia dicit
obligationem confitendi, & non negandi ne-
cessitatem bonorum operum, que obligatio re-
tissima est. Solum posset conscientia erronea ha-
bere locum, quando Iudæus persuaderet sibi ob-
ligationem credendi, v.g. per leuantem necessi-
tatem circumcisionis, & tamen eam necessitatem
negaret, tunc enim ex conscientia erronea con-
traheret malitiam hæresis, quidquid sit, an esse
dicendum simpliciter hæreticus. Sed neque est il-
le casus de quo nunc agimus, nec P. Suarez cum
casu expresserat, dum agit de Iudeo, quoniam
solum repugnaret Christiana fides, sed etiam inter
credenda in lege veteri, aliquid negaret. Talis au-
tem est Iudæus, qui negaret purgatorium, vel ne-
cessitatem bonorum operum, cum hac luce ex
crendendis in lege etiam veteri.

De hoc itaque breuiter dicendum est, iuxta id,
quod notauimus supra, infidelitatem illam spe-
cialiem circa illum articulum, si secundum le con-
sideretur, non differe quidem ab infidelitate,
qua hæreticus Lutheranus, vel Calvinista eu-
dem articulum negat, in illo tamen subiecto, non
date denominationem hæretici simpliciter, &
absolutè, quia differentia harum trium infide-
litatum, ut ibi diximus, non desumuntur ex ob-
iecto singulorum errorum seorsim, sed ex obie-
cto ad æquato rotius infidelitatis, quæ est in illo
subiecto; in quo obiecto ad æquato, si non con-
tinetur negatio Christi iam manifestata, homo
ille dicitur hæreticus: si continetur, dicitur Iu-
dæus, vel Paganus, quæ denominations delu-
muntur ab infidelitate totali, & non ab una fo-
lium parte illius. Quare ad rationem dubitandi
propositum dicimus, illum quatenus præcisè ne-
gat illum articulum, nec esse Iudeum, nec Pa-
ganum

gānum, nec etiam hæreticum, sed infidelem infidelitate indifferenti, ad illas tres classes, ad quarum unam pertinebit ex coniunctione, vel separatione ab aliis erroribus propriis Paganismi, vel Iudaismi, à quibus, quia separatus reperitur, ille error in Christiano ideo dicitur hæresi, ut supra dictum est.

⁸⁵ Tertia difficultas est, quæ infidelitas harum trium grauior sit; de quo S. Thomas dicit a quaest. 10. art. 6. vbi docet, in una consideratione Paganismum exceedere, quia plures fidei veritates negat, atque ita magis corruptim fidem, quod idem dicit, de Iudaismo comparato cum hæresi: in alia tamen consideratione dicit paganismum excedi à Iudaismo, & hunc ab hæresi, quia grauitus est peccare in fidem suscepit, quam in non suscepit: hæreticus autem plus suscipit de fide quam Iudeus, & hic plusquam Paganus: quare omnibus penitatis concludit, hæresi esse pessimum omnium infidelitatum. Quam etiam doctrinam alii verbis amplectitur Suarez dicit a quaest. 4. num. 1. 4. dicendo Paganum extensiù plus peccare, quam Iudeum, & hunc plus quam hæreticum; intrinsecè tamen grauius peccare hæreticum, quam Iudeum, & hunc etiam grauius quam Paganum: quod etiam colligit ex Chrysostomo hom. 50. ad populum, dicente eum, qui sub nomine Christiano recedit à fide, esse peiorum gentilium pro quo etiam assert Hieronymum in c. 18. Isaiae.

⁸⁶ Ego eamdem doctrinam cum S. Thoma, libenter admitto; circa eam tamen duo aduentanda videntur. Primum est, comparationem hanc solum versari inter ipsa peccata infidelitatis, non vero inter peccata virtusque infidelis: fortasse enim plerumque plura, & grauius peccata in aliis materia committunt pagani communiter loquendo, quam Iudei, & plura fortasse Iudei, quam hæretici, saltem si sint ex illis hæreticis, qui solum circa speculabilitati errant, & non circa res practicas prout errant hæretici moderni, qui errant circa præcepta, tollentes de medio ieiunia, castitatem, penitentiam, & alia eiusmodi, quorum certè peccata plura sunt, quam Iudeo-comparatio ergo solum fit inter peccata infidelitatis, inter qua grauius videtur hæresi, quam Iudaismus, vel paganismus, propter maiorem libertatem, cognitionem, obligationem, &c. quæ sunt in Christiano, quam in Iudeis vel Paganis.

⁸⁷ Secundò aduentendum est, doctrinam hanc S. Thomæ, intelligi regulatiter, & vt plurimum soler contigerit: Aliquando enim, & non raro contigit etiam, quod Paganismus, vel Iudaismus, sit peccatum grauius intensius, quam hæresis multorum, nam scilicet Iudeus, vel Philosophus gentilis habet maiorem cognitionem circa res nostræ fidei, & circa obligationem eam amplectendi, quam habeant multi hæretici, praesertim rusticæ circa dogmata fidei Catholicæ, in quibus errant, & circa obligationem ea amplectendi: similiter quando Christianus transit ad Paganismum, vel Iudaismum grauius proculdubio peccat, quam si idem fieret hæreticus, quia cum æquali notitia, & obligatione recinetur fidem Catholicam, longius ab eis recedit per Paganismum, aut Iudaismum, quam per meram hæresim. Idem etiam dicendum est de maiori gravitate extensior, quam diximus esse in Iudaismo, & Paganismo, quam in hæresi. Nam aliquando etiam in pluri-

Card. de Lugo de virtute Fidei divina.

bus, & crassioribus errant hæretici aliqui, quam Pagani, vel Iudei, ut notavit S. Thom. dicto art. 6. in corpore, adducto exemplo Manichæorum. Communiter tamen in pluribus errant Pagani quam Iudei, & ideo multi, quos afferrit, & sequitur Diana 4. parte tractatu 7. de penitentia delictorum pertinentium ad tribunal sanctæ Inquisitionis resolut. 2. q. sed ex dictis meritò dicunt, licet Ecclesiæ non puniat infideles non baptizatos: puniri tamen posse ab Inquisitoribus Iudeos, qui ex Iudaismo ad Paganismum, seu Mahometismum transiunt: quia Gregorius XIII. in Bulla edita anno 1581. statuit, quod puniantur ab Inquisitoribus Iudei, negantes, quæ habent communia cum Christianis circa fidem, vel Demones inuocantes, consilentes, eis immolantes, vel thus, & fumigationes offertentes. Constat autem in Mahometismo, vel Paganismo plura contineri contraria iis, in quibus credendis Christiani, & Iudei conueniunt: quare meritò punitur Iudeus ad illas aliorum sectas transiens tanquam errores plures, & nouos contra id quod bene sentiebat admittens.

Quarta difficultas esse solet, an haec tres infidelitatis classes, differentia essentialiter, an solum differentiatione accidentaliter. De quo dixi latius disp. 16. de penitentia sect. 5. num. 288. & seqq. vbi docui, debere explicari in confessione; quia quamvis non differentia species, quatenus opponuntur contra fidem, differunt tamen propter ritus, & ceremonias diuersas, quas includunt, & ex quibus differunt, quatenus opponuntur contra religionem. Ceterum si considerentur præcisè secundum malitiam, quam afferunt contra fidem, ag differentia species sub genere infidelitatis: mihi omnino videtur non diffiri secundum singulas partes. Nam Paganus, Iudeus, & Arianus, omnes negant Christum esse Deum: qui dissentis secundum se consideratus, in his omnibus est eiusdem rationis, cum habeat idem obiectum, & opponatur eidem veritati fidei. Difficultas ergo tota esse potest, an iij dissentis contra fidem qui non sunt communis iis omnibus sectis, sed proprii singularium, differant species, & ratione illorum singulare sectæ completere acceperit differentia species inter se. Nam Iudeus, v.g. credit Messiam venturum, quod Paganus, aut hæreticus non credit. Item Paganus negat, promissum fuisse Messiam, quod Iudeus, & hæreticus non negant: genique Caluinita dicit, fidem sine operibus sufficere ad salutem, & nos Christi iustitia esse formaliter iustos, quod Paganus & Iudeus non dicunt. Hæc tamen est difficultas generalis; An infidelitatis differant species penes diuersas fidei veritates, quæ negant, de quo mox diximus. Nunc solum aduento, Caetanum, & alios, quos assert Suarez dicit, disp. 16. sect. 4. num. 7. agnoscere videti diuersitatem specificam, inter illas tres classes, non solum completere acceperas, sed etiam in singulis partibus: nam desumunt differentiam, ex diverso modo, quo singuli illi infideles opponuntur fidei, nempe vel nondū suscepentes, vt Paganus, vel suscepentes solum in figura, vt Iudeus, vel suscepentes in manifestatione veritatis, vt hæreticus. Hoc tamen non sufficit ad differentiam specificam in singulis actibus, quia si per fidem suscepimus intelligent, quod in eo subiecto antea fuerit vera fides, id quidem non requiritur ad Iudaismum, aut hæresim, vt supra vidimus: nec ex hoc sequitur differentia, in ratione infidelitatis talis, sed circumstantia.

⁸⁸
An haec tres
infidelitatis
species differant
essentialiter, an solum
differentia acci-
dentialiter.

S. 3. Apostolæ,

Apostasiæ, quæ potest esse circumstantia generalis ad omnes illas tres infidelium classes, cum Christianus possit postea fieri Paganus, vel Iudeus, vel hereticus, & semper erit Apostata. De qua circumstantia apostasiæ, an afferat differentiam specificam videbimus sét. sequenti: si vero (quod magis est fortasse iuxta eorum mentem) nomine fidei suscepere solum intelligatur, Iudæum, & hereticum sufficiere ex parte maiori, hec minori fidem Christianam saltem materialiter, & obiectivè, quam Paganus nullo modo sufficit, id etiam non sufficit ad differentiam specificam in singulis actibus Pagani, à singulis Iudei, vel heretici. Nam solum arguit ad summum differentiam secundum magis, & minus, propter maius lumen, atque adeo maiorem obligationem, quam haber hereticus, quam Iudeus, & Iudeus quam Paganus. Qui tamen excessus non est vniuersalis, cum possit esse Iudeus, vel etiam Paganus doctus & perficax, qui habeat maius lumen de credibilitate fidei, & de obligatione credendi, quam aliqui heretici rustici, nec potest aliqua vniuersalis regula circa hoc statui, unde argutus semper differentias specificas vniuersalis quoad singulos actus infidelitatis illorum infideli, ut dixime.

89

Maior ergo, & quinta difficultas esse potest, an & quomodo sub genere infidelitatis dentur species diuersæ in ratione infidelitatis, & unde ea differentia defumenda sit. Non est autem sermo de differentia specifica physica, de qua non dubito, cum possint esse diuersi dissensus erroris, ex motu diuersis in specie; sed sermo est de differentia specifica morali, quæ afferat malitiam moralem specie diuersam. Quam etiam diuersitatem fateor inueniri posse, inter duo peccata infidelitatis, scilicet ex malitia contra religionem, vel aliam virtutem, cui alterum ex iis peccatis opponitur: ideo enim loco citato de penitentia, n. 293. dixi heresim continentem blasphemiam differre specie ab heresi non contiente blasphemiam, & Iudaismum differre specie ab heresi, que differentia debet esse in aliquibus erroribus Iudei, qui differunt specie, ab aliis omnibus heretici erroribus. Hæ tamen differentiae non sunt formales sub genere infidelitatis, sed sub genere irreligiositas, vel alii vitiis: non enim est blasphemia, quia opponitur solum contra fidem, sed quia aliquid indecorum appingit Deo.

90

Aliqui ergo plures assignant species sub peccato infidelitatis, v.g. illam, quia fides amittitur, & qua fides non amittitur. Sed de hac differentia an sit essentialis, diximus supra disput. precedenti sét. 5. Et quidem illa, qua fides non amittitur, non est proprie infidelitas, nam omnis infidelitas propria expellit fidem, ut ex Tridentino ostendimus. Hinc etiam non est ad rem differentia, quam afferat in exemplum Hurtado dispt. 2. sét. 2. §. 6. inter omissionem credendi, quando debet elici actus fidei, & inter commissionem dissentientis positivè rebus fidei. Nam omission etiam illa mera credendi, non est infidelitas, nec expellit fidem.

91

De ipsa ergo infidelitate propria, & perfecta idem sentit idem Hurtado ibi sét. 3. & afferat plura exempla. Primum est §. 7. quia negans veritatem Dei committit heresim, seu infidelitatem specie diuersam ab eo, qui fatetur Deum summe veracem, & solum negat revelationem factam de tali articulo: nam ille primus appingit fidem.

Deo aliquid indecorum, & indignum, nempe defectum veritatis: hic autem secundus non est in iniuria Deo, nisi communione, qua omne peccatum est iniuria Dei.

Hoc tamen exemplum non est ad rem: sumur enim illa duo peccata diffire species, id ratiōnē prouenit ex blasphemia faltem mentali, quam primum peccatum includit, & constitutum turpissimum in Deum, ratione cuius etiam intellectus contrahit veram malitiam, & speciem blasphemie contra religionem, vt probat Suarez tom. 1. de religione tract. 3. lib. 1. cap. 4. numero 2. Hec autem malitia non est diuersa formaliter in ordine ad fidem, sed in ordine ad religionem, cui aduersatur irreligiositas blasphemie: & quamvis in ordine etiam ad fidem grauior sit malitia in primo peccato, quo expresse negatur auctoritas Dei, quam in secundo quo solum negat videatur equivalenter, quatenus negatur veritas obiecti, quod proponitur cum obligatione illud Deo credendi: hoc tamen non arguit differentiam specificam oppositionis contra fidem, que obligat ad credendum Deo, cui obligatio opponitur, quisquis non credit Deo, quod debet ei credere, siue id sit quia dubitat de Dei auctoritate, siue quia negat Deum loqui, quando id negare non potest.

Vrgt eodem §. 7. quia secundus negat reuelationis experientiam, co quod putat Ecclesiam aut fallere, aut fallisi autem opinari de Deo, est in deteriori specie, vt irreuerentia in Deum, est in irreligione, non vero irreuerentia in homines. Respondeo: peccata illa si comparentur in ordine ad irreuerentiam contra Deum, & contra Ecclesiam differre species: vt sic autem non considerantur præcisæ, vt opponantur fidei; nam irreuerentia contra Ecclesiam, non opponitur formaliter fidei, sed alteri virtuti precipienti cultum Ecclesiæ. Malitia ergo infidelitatis solum deber considerari per oppositionem ad honestatem, quam formaliter intendit fides, que honestas non est aliud, nisi subiecti intellectus creatus ad Deum loquentem. Hoc enim unum intendit loquens, conciliare fibi fidem apud auditores: quare licet veracitas, & reuelatio sint obiectum formale affensus fidei, & articulus creditus sit obiectum materiale; sed tamen si consideremus intentionem loquentis, hic minus formaliter videtur intendere, quod creditur eius veracitas, & loquacius, quam quod creditur eius dicta: affensus enim veracitatis, & loquacius vult, vt media ad extorquendam fidem reti, quam dicit. Cum ergo virtus fidei intenta formaliter hoc ipsum, nempe quod homo credit Deo, videtur quasi materialiter intendere honestatem affensus circa motiva, quæ sunt media ad credendum Deo, & quasi formaliter, quod homo credit Deo id, quod Deus dicit. In ordine autem ad hunc finem materialiter se habet defectus circa hoc medium, vel circa illud: licet defectus ille circa veritatem Dei ex alio capite, vt dixi, si diuersus specie, propter oppositionem cum irreuerentia Deo debita.

Secundum exemplum afferat idem Hurtado §. 8. quia ille, qui dissentit fidei proprie fidei, vlti magnis miraculis, diuersum specie peccatum habebit ab illo, qui dissentit eidem fidei proprie fidei ab Ecclesia, aut per eadem miracula ab aliis relata. Grauius enim peccatum fuit Iudeorum resistentium tot signis à se vltis, vt pondaret S. Ioann.

Disput. XVIII.

Sect. IV. 487

S. Ioannes cap. 12. in illis verbis: *cum autem tantum signa fecisses coram eis, non crediderunt in eum.* Ratio autem à priori est, quia Deus multis modis specie distinctis potest facere euidenter credibiles suas reuelationes, contra quos modos committuntur peccata specie diuera. Respondetur, illas duas infidelitatis procul dubio non differe species quod enim reuelatio Dei, hoc vel illo modo alicui proponatur, materialiter se habet in ordine ad obligationem fidei, & ad summum circumstantia illa miraculorum viorum aggrauabit intrà eandem speciem; nec id semper, quia forsan multi nunc habent, omnibus persatis, maiora mortua credendi, quam habuerint Iudei, viuis miraculis: non sunt ergo ex eo capite multiplicandas species infidelitatis.

94 Tertium exemplum afferit §.9. ex differentia mysteriorum fidei, que negantur. Nam disensus v.g. de existentia Pauli Hierosolymis, vel de cane Tobie, nullam habet malitiam præter diffensum in reuelationem, ut proposatum ab Ecclesiæ: assensus vero de Deo auctoritate peccati, aut de Dei moralitate addit speciale iniuriam, & coniunctionem Dei: quis enim negat, deteriorem hæresim esse male sentientem de Deo ipso, & Ecclesia, quam de Ecclesiæ sola? Hoc etiam exemplum non est ad tem: nam differentia illa non est in genere infidelitatis, sed extrahit ad genus blasphemie contra religionem, de quo non est quæstio, sed de peccatis infidelitatis præcisè, quatenus sunt infidelitas contra fidem. Restat, ergo, quod intrâ genus infidelitatis non dentur differentias specificæ, nec ex diuersitate reuelationum, nec ex diuersitate articulorum, vt cum alii dixi *in dicto explicari in loco de paenitentia*, 289. Quando vero, & cur de confessione di- beant explicari in confessione diuersitates factæ, utrump se, vel hæresim propter alias malitias, quas secum sum, remissi afferunt, expliculi eodem loco latius, nec oportet iterum nunc repetere.

SECTIO IV.

De Apostasia: quid sit, & an sit, species infidelitatis.

95 **D**E hoc agit S. Thomas quest. 12. sed potest etiam pertinere ad exactam cognitionem diuisionis infidelitatis in suas species. Aliunde ferè omnia, quæ ad hoc punctum spectant, sunt controversiae de vocibus, ideo breuiter hoc loco illa expediemus. Mitto autem Apostasiam latè sumptam, quæ significat recessum ab obedientia diuinorum mandatorum; & Apostasiam etiam ab ordine, vel à professione, aut statu religioso, de qua agitur in tractatu de religione: non autem solum agimus de Apostasia à fide, quo nomine intelligitur recessus à fide iam suscepit: quare ultra infidelitatem addit recessum à vera fide, qui recessus non est in eo infidelis, qui veram fidem nonquam suscepit: siue non est Apostata à religione, qui nonquam fuit religiosus, etiam si habuisset obligationem ex voto, vel ex alio capite ingrediendi religionem: sic Turca non dicitur Apostata à fide, quia licet habeat obligationem fidem suscipiendi, nonquam tamen eam suscepit nec profectus est.

96 **H**inc oritur Prima difficultas, an ad Apostasiam requiratur recedere totaliter à fide Christiana, sicut Christianus transiens ad Mahometism

mum, vel Iudaismum, eam totaliter deserit: an ratur recedere sufficiat ex parte, vt hæretici abierint à fide Christiana? hæretici amplius recedunt à Christiana fide, non omnino sed ex parte: Quod est querere. An licet non omnes Apostata sint hæretici, omnes tamen hæretici saltē, qui antea Catholicam fidem professi sunt dicendi sint Apostata.

Prima sententia latis communis negat, Apostata appellari, nisi qui à tota Christi fide recedit ita Turrecremata Caetanus, Sylvester Bañes, Aragon, Cano, Castro, Valentia, Sanchez, Azor, & alij Theologi & Juristi apud Suarem disp. 16, sect. 5. num. 3. quibus accedit Hurtado disp. 89. §. 5. sic enim Iohannem Imperatorem, qui post baptismum Christum omnino negavit, vocamus communiter Apostata: Alios vero Imperatores, qui hæretici facti sunt, non Apostatas sed hæreticos appellamus.

Secunda sententia vult, ad Apostasiam id non requiri, sed sufficere, si fidem quis ex parte defecrat: ita Suarez *vbi supra* num. 5. Lorca disp. 50. num. 7. Coninch disp. 18. dub. 6. num. 55. quibus fauor Cyprianus lib. 1. epist. 2. alias 54. vbi hæreticos inter Apostatas numerat. Verum hac, ut dixi, est quæstio de vocibus, & parum utilis, quia quoad rem ipsam certum est, omnes hæreticorum poenas, & quidquid in iure contra hæreticos statutum est, locum habere in Apostatis; ut ex cap. contra Christianos, de hæretico in 6. Et ex leg. 2. Cod. de Apostatis, probat Suarez *vbi supra* num. 7. & alij. quos congerit & sequitur Thomas Sanchez lib. 2. in decalog. cap. 7. num. 18. neque contra illa poena inveniuntur imposita Apostatis, quæ non incurritur ab hæreticis. Quare parum referr, an recedens à fide ad solam hæresim descendit simpliciter Apostata. Possumus ergo concedere, quemcunque recessum à fide sufficere ad Apostasiam non imprærium, licet per antonomasim; & in sensu magis stricto solus recessus negans omnino Christum, appellari interdum soleat Apostasia: certum tamen est, in vitroque reperiit malitiam illam recedendi à fide suscepit, licet maior recessus sit in eo, qui totam fidem negat, quam in eo qui negat solam vitam partem.

Secunda Difficultas est, an Apostata sit ille, qui semel fidem nostram amplexus est, & adhuc cathæcumens deseruit eam ante baptismum. **A**n apostata firmiter Hurtado dicta disp. 89. §. 3. dicens illum illa in foro conscientia, & coram Deo, non tamen in foro externo, & quoad personas Ecclesiæ: eodem ferè modo loquitur Lorca dicta disp. 50. num. 11. dicens eis Apostatam non quoad poenas, sed quoad speciem peccati, & gravitatem circumstantiarum. Denique Suarez dicta sect. 5. in fine, dicit illam esse quidem Apostasiam, & circumstantiam notabiliter aggravantem peccatum infidelitatis, non tamen affecte malitiam specie diversam, qualem in eius sententia afferit Apostasia in homine baptizato. Hoc etiam pertinet ad quæstionem de nomine: nam ipsa certum videatur adesse in Cathæcumeno recedente à fide suscepit circumstantiam aliquam, quæ non est in infidelitate alterius, qui fidem nonquam acceptauit, sive illa sit, sive non sit notabiliter aggravans; erit ergo quæstio de vocibus: an id sufficiat, ut appelleretur Apostata: quare possumus etiam distinguere strictam significationem illius vocis, quæ videtur applicari iis solis, qui profes-

97
S. 4 sionem

sionem quasi emiserunt in fide Christiana, qualis professio in solo baptismo sit, & in hoc sensu Cathecumenus non dicitur Apostata, si à fide recedat, quia videtur adhuc esse quasi nouitius in probatione ad Christianam religionem: quare si cœt nouitius defers ordinem religiosum non dicitur Apostata, & hoc, etiam si votum perseuerantiae ex sua devotione emisserit: sic Cathecumenus, licet peccet recedendo à fide, non dicitur Apostata. Ceterum, si hoc ipsum nomen latius usurpetur, poterit illi tribui, & quidem non inopere. Quia licet Apostata à religione non sit propriè nouitius etiam si per votum se obligasset Deo ad perseuerantiam; hoc tamen ideo est, quia non potest esse Apostata à religione, nisi qui recedit à statu religioso: nouitius autem nondum haberat eum statum, qui cum sit aliquid juris positum humani, non potest contrahi, nisi per professionem, aut vota religiosa ad eum finem ab Ecclesia acceptata. At vero fidès est aliquid internum; & independenter ab omni professione externa vel acceptance Ecclesiæ, potest aliquis esse verè fidelis: quare si recedat postea ab hoc fidelitatis statu potest propriè appellari Apostata à fide Christiana, seu à statu fidelitatis, licet non appelletur Apostata strictè, seu Ecclesiasticus: non enim recessit ab Ecclesia, in quam nondum visibiliter fuerat acceptatus, sed erat quasi nouitius, & in probatione, ut suo tempore per baptismum acceptaretur. An vero possit dici hereticus, dicimus suo loco, agentes de hæresi.

98
An sufficientia Baptismus semel suscepimus, ut aliquis posse appelletur Apostata fidem Catholicam negans: quod est querere: An omnes heretici, eo ipso sint Apostata? saltem in eo sensu, quo diximus, recedentes non totaliter, sed partialiter à fide, posse appellari Apostatas. Suppono enim hereticum, saltem in sensu fori externi, non esse, nisi qui baptizatus sit, ut suo loco videbimus.

Certum est, non omnes heretici esse Apostatas in eo stricto sensu, quo Apostata dicitur, qui à fide totaliter recedit: & in hoc sensu Doctores communiter distinguunt hereticos ab Apostata, quod hic nihil fidei Christianæ retineat, heretici autem non sint, nisi qui nomen saltem, & professionem Christianitatis retinent. Quæstio ergo solum esse potest in alto sensu minus stricto, in quo iij etiam, qui partialiter fidem suscepimus, deserunt, dicuntur apostatae, in quo sensu multi dicunt, omnes hereticos esse apostatas. Quod videtur supponere Suarez *infra disp. 19. in principio ante sectionem primam*: vbi vniuersaliter dicit, apostasiam committi proprio, & speciali modo ab illo, qui post baptismum receperunt, quae est peculiaria fidei professio, & ianua Ecclesiæ, fidem relinquit, & ab Ecclesia per infidelitatem separatur. Clarius loquitur Lorca *disp. dila. 5 o. n. 7.* dicens, ab heresi nunquam separari circumstantiam hanc, que est recedere à fide suscepimus: ab aliis vero infidelitatibus separari posse: *Differencia ergo (inquit) inter heresim, & apostasiam est inferioris à superiori, quia omnis hereticus est apostata, non tamen omnis apostata est hereticus: eodem modo loquuntur Hurta, dicta disp. 89, §. 3, vbi ait: unde omnis hereticus est apostata, quia est de fidei semel iam suscepta.*

In hoc etiam potest esse quæstio de vocibus; & quidem de re ipsa loquendo, certum mihi est, possa esse in rigore heresim sine malitia forma-

li, & propria apostasie. Nam si aliquis ab infante apud hæreticos baptizetur, & postea adulterum, & hæresim culpabiliter suscipiat, erit propriè hæreticus, & tamen malitiam formalem spolias non contrahet: cum enim omnino ignoret se fuisse in baptismino professione, non contrahet malitiam formalem defectoris fidei, quia si baptizatus non fuisset. Quia non potest sine se deserere, qui non potest scire, si illam fidem aliquando suscepisse non est ergo verum in voluntate, quod omnis hereticus contrahit malitiam propriam apostasie; incurrit tamen omnes agno stata penas Ecclesiasticas, quia haec sunt finalia a penis hereticorum, ut diximus.

Rursus quod ad rem attinet: distingue operet duplum fidei desertionem, iuxta duos eius modos, quibus fides antea suscipit portu. Prout enim suscipit, per assensum, & acceptationem internam, & voluntatem pietatis affectionis, qui cum homo firmiter amplectitur: vel porut enim suscipit per actum externum, qui sit professo leniens explicita, vel implicita cuiusdam fidei: quibus est baptinus, quo insaccharitur Ecclesia ad exigendam perseuerantiam in fidab eo, qui immo per baptismum eidem Ecclesia aggregatus est. Prima fidei suscepit sufficit proculdubio, ut homo dici possit fidei defector, si deficit a fide, quam iam suscepit, & in eodem sensu possit dici a postula; saltem in ordine ad Deum, ut antea diximus. Secunda vero suscepit sufficit, ut dicatur Apostata, & fidei defector in ordine ad Ecclesiæ, quia desertus fidei, quam implicitè per baptismum professus est, & ad cuius retentionem manet Ecclesiæ obligatus: quare omnes Ecclesiasticas Apostatas penas incurrit: non tamen contrahit malitiam illam fidei mente, & corde antea suscepit defector, si verè eam nunquam corde, & mente suscepit, atque ideo non est apostata ita plena, sicut qui fidei antea mente, & corde suscepit. Hoc itaque ad rem ipsam pertinet: quod modum autem loquendi fatum, in malitate, ut sufficiat baptinus suscepimus ad nomen Apostatas participandum, quia Ecclesia occutus non indicat, & inuenit iam illum hominem exterior fidei per baptismum suscepisse, atque adeo si adulatus baptismum suscepit, obligabitur, si saltem implicitè ad eandem fidei retentionem: si vero baptizatus fuit in infante, præsumitur, quod factus adulatus baptismum ratificavit, & consequenter obligationem etiam per baptismum contractum ad perseuerandum in fide.

Quarta, & gravior difficultas esse soler: An apostasia sit species infidelitatis: aliqui enim voluntate divisionem illam infidelitatis in Paginis, ²⁰ *ad finem* Iudaismum, & hæresim, esse ex eo capite determinant, quia ultra tria illa membra, datur quantum apostasia. Adiutendum autem est, duas posse in hoc puncto esse questiones duas. Prima est, an apostasia addat supra Iudaismum, n.g. malitiam specie diuersam propter defecatum fidem iam antea suscepit. Secunda que fio est, an hac malitia propria apostasie, sit non solum contra alias virtutes, sed etiam contra virtutem fidei, & ratione illius constituit novam speciem infidelitatis, qua directè pertinet ad genus infidelitatis, propter diuersam oppositionem, quam habet cum fide.

Incipiendo ergo ab hac secunda questione:

Non pauci dicunt, Apostasiam esse propriam speciem infidelitatis: ita Caetan. Bañes, Aragon. Valentia, Azor, Alfonso de Castro, & alij, quos affer Suarez dicta disp. 16. sect. 5. num. 7. quorum aliqui dicunt esse quartam speciem præter Paganismum, Iudaismum, & hæresim; atque adeo in Apostata pagano reperiunt duas species infidelitatis, nempe Paganismum, & Apostasiam; alij dicunt esse hæresim; quare ille qui à fide transit ad Paganismum habet solum infidelitatem hæresis.

Alij communiter melius negant, esse propriam speciem infidelitatis, sed dicunt esse circumstantiam, que reperi potest in qualibet alia infidelitate: nam si Christianus Catholicus fiat Paganus, Apostasia aggrauabit Paganismum: si vero fiat Iudeus, vel hæreticus, Iudaismus, vel hæresis habebat circumstantiam Apostasie. Ita videatur exp̄r̄sè docere S. Thomas dicta quæst. 1. 2. art. 1. ad 3. & sequuntur Cano, Turrecremata, Angelus, Paludanus, & alij, quos affer, & sequitur Suarez vbi supr̄num. 8. Lorce, disp. 5. o. num. 7. Hurtado disp. 8. 9. §. 6. Et probatur exemplo aliarum virtutum; in quarum violatione non inventatur malitia specie diuersa contra illas virtutes, ex eo quod aliquis antea eas virtutes amplexus esset, v. g. non est intemperantia specie diuersa in genere intemperantia, quando fit ab eo, qui ante temporens erat nec primum futrum est specie diuersum in materia iustitiae, ex eo quod antea Iustitiam obseruaueris; ergo neque erit infidelitas specie diuersa in genere infidelitatis, ex eo quod antea fidem amplexus fueris, sed ad summum erit circumstantia aggrauans intra eandem speciem. Neque enim magis opponitur veracitati Dei deserere, quam negare illam, vel certè hac oppositio non est specie diuersa, licet possit regulariter esse grauior propter maius lumen quod Catholicus habebat ad non negandam fidem, quam infidelis ad eam recipiendam: peccari tamen cum maiori lumine non refudit malitiam specie diuersam.

Obliviant: quia Catholicus deserens fidem, eo ipso fit hæreticus, & incurrit pœna hæreticorum. Alioquin si transiens ad Paganismum, vel Iudaismum non fieret hæreticus, quereretur quod si prius factus sit Atrianus, postea multiplicando hæreses desineret esse hæreticus, quod videtur absurdum; ergo fatendum est omnem Apostasiam esse hæreticam, & per consequens esse speciem quandam determinatam infidelitatis. Ad hoc tamen facile constat ex supradictis: negamus enim, transiit ex fide ad Iudaismum, vel Paganismum esse propriæ hæreticæ: nam hæreticus, ut vidimus, retinet professionem Christianitatis, & confitetur Christum: punitur tamen pœnis hæreticorum, que non latet sunt contra solos hæreticos, sed etiam contra omnes Apostatas; unde in cap. contra Christianos, de hæreticis in 6. ille non dicitur hæreticus sed puniendus ut hæreticus. Nec ideo est svelteris conditionis, multiplicando hæreses: nam licet amittat denominationem hæretici, & nominetur Iudeus, vel paganus retinet quidquid mali est in hæretico, & amittit particulam aliquam boni, quæ in hæretico erat, dum adhuc Christum credebat, & profitebatur. Nec hoc sit in rigore multiplicando hæreses: nam negare Christum non est hæresis, sed Iudaismus, vel Paganismus. Fit tamen de hæretico non hæreticus multiplicando infidelitates, quia multiplicatio illa tollit illam particulam boni, quæ remanebat in hæretico confidente adhuc Christum: sicut etiam ad temperantiam requiritur aliquid comedere; qui enim nihil comedit non est temperans, & tamen plus & plus comedendo fit intemperans ad liberalitatem etiam requiritur aliquid donare vel expendere, & tamen multiplicando donationes, & sumptus, definit homo esse liberalis, & fit prodigus. Magis etiam ad rem nostram exemplum habes in religioso, qui fugiens ad tempus appellatur fugitius, multiplicata autem fuga, seu continua, relicto animo redeundi, definit esse fugitivus, & fit Apostata, quando defugit, propter significat aliquid peccatum specialis conditum ab Apostasia, ut cum aliis obseruauit bene Thomas Sanchez lib. 6. in Decal. cap. 8. n. 2. & 3, contra nonnulos confundentes fugitivum cum Apostata, quos minus cautè imitatus est Lorea in praesenti Disp. 5. 1. num. 1. sic ergo hæreticus multiplicando infidelitatem, definit esse hæreticus, quia hæresis est mixtum ex fide Christi, & aliis erroribus: nonne autem mixtum, multiplicato uno ex simplicibus, amittit nomen mixti, & transit in aliud statum.

Restat nunc prior quæstiō supr̄a proposita. An licet Apostala non sit propria species infidelitatis, addat tamen malitiam specie diuersam, saltem contra aliam virtutem, ratione cuius hoc istam specie peccatum differat specie ab infidelitate, sive apostasia: de quo dixi disp. 16. de patiencia sect. 5. fidem iā ann. 294. & sequentibus, vbi retuli sententiam sua acceptā. Suarij, & aliorum, qui volunt eam circumstantiam explicandam esse in confessione, quia vel addit malitiam specie diuersam propter violationem promissionis specialis praestite in baptismo; vel saltem aggrauat notabiliter intra eandem speciem. Quam sententiam, & rationem, quoad necessitatem explicandi circumstantiam illam in confessione, impugnai ibi, ex inconsequientia intrinseca, quam continet: illa enim sola circumstantia necessariò explicanda est in confessione, quam confessarius auditio peccato, non potest scire, & fuerit in illo peccato, ut constat: violationem autem promissionis vel obligationis specialis ortæ ex baptismo (si quæ est talis promissio, vel obligatio specialis ex baptismo) non est circumstantia talis, quam ignorare possit confessarius, etiam si non explicetur. Nam quoties penitentis se de aliquo peccato accusat, eo ipso, tacitè significat esse commissum post baptismum: peccata enim ante baptismum commissa, non possunt esse materia confessionis, ut constat ex Tridentino, & est certissimum, ergo eo ipso significatur circumstantia violata promissionis, vel obligationis ex baptismo ortæ, ad quid ergo explicare debet ulterius circumstantiam illam, cum sufficiat confiteri infidelitatem, ut intelligatur esse post baptismum commissa: Repugnat ergo in ipsius terminis dicere, circumstantiam illam, esse violationem obligationis ex ipso baptismo ortæ, & esse adhuc à penitente explicandam.

Indicavi præterea in eodem loco nullam eiusmodi promissionem speciale, aut votum fidei retinenda fieri in baptismo, quod etiam cum aliis multis, quos affer, docet Thomas Sanchez lib. 4. de voto cap. 1. num. ultimo. & Hurtado in praesenti disp. 7. 1. sect. 3. §. 1. 2. qui bene aduerit, in baptismo non solum baptizatum profiteri fidem, sed renunciare Diabolo, & omnibus eius affectibus: qua-

An Apostal
specie
diuersam
propter
desertare
fidem iā ann.
294. & sequentibus,
vbi retuli sententiam
sua acceptā.

re

re si ex hoc oritur promissio specialis circa fidem retinendam, eadem esset circa alia peccata mortalia vitanda; quod tamen nemo admittit.

Denique dixi etiam eodem loco, facilius posse inueniri speciem hanc malitiam in Apostasia, quatenus Apostata recedit à subiectione, & obedientia, quam ex baptismo suscepit debet Ecclesiæ, & summo Pontifici, cùm subditus per baptismum factus est, à qua obedientia, & subiectione recedit transiens ad aliam sectam. Hæc tamen malitia imprimis non est vniuersaliter communis omni Apostasiæ latius accepta: nam Catholici transiens ad aliquam heresim peculiarem, quæ non negaret supremum Pontificis potestatem, non contraheret hanc malitiam, & tamen esset Apostata à fide per baptismum suscepta; sumpto saltem Apostata nomine in minus stricta significatione, & prout diximus supra, omnes hereticos posse non in propriè vocari Apostatas. Deinde Cathecumenus, qui à fide suscepit rediret ad Iudaismum, vel Paganismum, posset etiam vocari Apostata in minus stricta significatione, ut supra etiam concessimus: & in eo non inueniretur hæc specialis malitia, cùm adhuc non contrahisset subiectionem, & debitum obedientia respectu Ecclesiæ, & Pontificis, saltem debito proximo, quod contrahitur in baptismo, licet haberet debitum aliquod remotum, quatenus haberet debitum suscipiendi baptismum, quo suscepit contraheret debitum proximum, & fieret subditus Ecclesiæ. Denique quidquid de hoc sit, certum est ex supra dictis, hanc speciem malitiam, non esse explicandam in confessione, nisi quatenus explicatur qualitas sectæ, ad quam post baptismum transit; qua explicata, iam eo ipso confessio constat, negant esse obedientiam Pontifici debitam, quam sectatores illius sectæ communiter negant, cùm nulla sit hodie secta, quæ non includat schisma, & neget obedientiam Romano Pontifici: si tamen aliquis in speciem aliquam heresim incidisset, ab obedientia Pontificis extrahentem, deberet hanc circumstantiam in confessione explicare, nec sufficeret dicere, se admisisse assensum aliquem contra fidem, quia per hoc non explicaretur violatio subiectionis debita Ecclesiæ, & Pontifici; sicut propter damnationem dixi disp. illa 16. de penitent. n. 29. 2. debere explicari qualitatem sectæ, ad quam aliquis transit propter diuersa alia peccata, quæ singulæ sectæ affere, & profiteri solent, contra alias virtutes specie diuersas, licet in ratione infidelitatis non habeant differentiam specificam.

DISPUTATIO XIX.

De infidelitate Paganismi, & Iudaismi, quæ reperitur in non baptizatis.

SECTIO I. *Vtrum infidelitas aliquando sine peccato infidelitatis contingat.*

II. *De potestate Ecclesiæ in infideles non baptizatos, quæ, & quanta illa sit.*

III. *An infideles non baptizati possint retinere potestatem, vel iurisdictionem supra fidèles, & an possint ea potesta te priuari.*

DE Paganis, & Iudæis baptizatis nihil speciale dicendum est, cùm in fato Ecclesiæ, æquivalent haræticis, quoad omnes peccatas, ut diximus *disp. 24. sect. ultima*, atque ideo cum haræticis solent computari in omnibus odiosis. Vnde prohibito etiam matrimonijs, cum infidelibus quod impedimentum dirimens non habet locum in matrimonio cum Iudeo, vel Pagan baptizato, sed cum non baptizato. Prohibitio autem consumandi, & conuerandi cum Iudeis, an intelligatur etiam respectu Christiani Apostata, qui ad Iudaismum transit, videbimus infra, agentes de his prohibitione, *disp. 24. sect. 4. vbi de communicatione in vniuersum cum infidelibus firmo ridabit*. Nunc ergo pauca aliqua tractanda erunt, que ad hos simplices infideles non baptizatos pertinere possunt.

SECTIO I.

Vtrum infidelitas aliquando sine peccato infidelitatis contingat.

Infidelitas duplum potest primò vi inuoluit vitium, & malitiam, ac oppositionem contra præceptum fidei, & in hoc sensu certum est, non posse esse sine peccato, sicut nec homicidium, aut perjurium si formaliter consideratur: nam licet possit contingere occiso priuata auctoritate, & sine exculcatione inculpata tutela, & tamen sine peccato saltem graui, vel propter inaduentientiam, vel propter ignorantiam iniuribilem: tunc tamen non est propriè, & formaliter homicidium, qui non habet malitiam formalem iniustitiae, quam homicidium essentialem inuoluit: sic ergo *heresis* non potest contingere sine peccato graui, quia hoc non significat errorem contra fidem cum pernacia culpabilis, quod idem potest de infidelitate, si formaliter, & strictè accipiatur. Num ergo non loquimur de infidelitate in hoc sensu, sed magis abs strictè, prope secundum modum nostrum concipiendi indifferens est ad culpm, & ad cænam culpæ: & quæcumus, an error contraria fidem nostram contingere possit solum materialiter, & absque malitia formaliter infidelitatis. Nec etiam est dubium de uno, vel altero errore contra viam, vel alteram veritatem nostræ fidei: nam eiusmodi errores etiam in Catholicis, non solum impeditis, & rusticis, sed aliquando etiam penitus, & doctis inueniuntur ab illo culpa. Sed quodlibet est de errore contra fidem nostram vniuersalem, quælibet erat in Paganis, Gentilibus, vel etiam haræticis an totus illi status infidelitatis excludat aliquando possit à peccato saltem graui, propter ignorantiam inuincibilem errant. Vel certè an possit in utrisque tam fidelibus, quam infidelibus ignorancia inculpabilis reperi, earum rerum, quarum fides necessaria est ad salutem exteriorum.

Rursus quæstio hæc duplum sensum habere potest; primum est, ac possit esse ignorantia inculpabilis horum obiectorum talis, ut ea obiecta nec